Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de .
Das PDF wurde erstellt am: 28.08.2024, 07:57 Uhr.

Nikolaus Marschalk

Commentariolus Annalium Herulorum sive Megapolensium : Universitätsbibliothek Rostock, Mss. Meckl. B 109.3

https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896444075

Handschrift Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896444075/phys_0001

Mss. Meckl. B. 109. 1-7

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896444075/phys_0002



Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896444075/phys_0003

Hoc Volumine continentur

1. Nicolai Mareschalci Thurij Meckelburgisch Chronicon Reimes weise Mscr:
2. Ejusdem Annales Herulorum ac Vandalorum Lib: VII. geschrieben.
3. Ejusdem Commentariolus Annalium Herulorum sive Megapolensium geschrieben.
4. Dris Lucæ Bakmeisters Continuatio Annalium Mareschalki. Mscr:
5. Nicolai Mareschalci Thurij Deflorationes Antiquitatum ab origine Mundi. geschrieben
6. Eliæ Schedij übersetzung des Mareschalki Annal: Herulorum ~~MSC~~ ins teütsche MSC.
7. Nicolai Mareschalki Thurij der Mecklenburgischen Chronicken ein Kostbahrer Auszug.

Ex Bibliotheca Gardeniana Rostoviensis

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK ROSTOCK

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896444075/phys_0006

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896444075/phys_0010

COMMENTARIOLUS ANNALIUM HERULORUM

sive

MEGAPOLENSIUM

à

Nicolao Mareschallo

Thurio

editus.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896444075/phys_0012

VALENTINO STOIENTINO

Equestris Ordinis Viro et JCto
clarissimo Nicolaus Marescalcus
Thurius S. D. P.

Cum ex Vangionum Urbe, in quâ CAROLUS ille noster Cæsar Romanus ætate superiore Comitia in Principum delectu amplissimo agebat, Tu Valentine doctissime unacum Duce Boosclavo, Principe Sidinorum illustri et inter germanos pene omnes altero veluti Hectore Svevinum redires, forteq; ibi fortasse Herulorum ibi annales offenderes, vehementer eos placere Tibi, ni fallor, prædicasti, ac magis etiam placituros, si qua in eis vel reconditæ vel subobscura Commentariolo illustraventur. Polliceri me memini epistolio tibi loca nonulla annotaturum, At libellus ex eo, ut video, excrevit. Non enim non potui Viro eleganti, nobili, et antiquitatis universæ observantissimo, officio eo quantulocunq; succenturari. Quare Scholium hoc, id est difficillimum interpretamentum, dicavi Tibi, qui inter tuos primatum facile tenes, Academia Gryphо Sylviana JCtus consultissimus et Orator inter Havios, comprovinciales tuos clarissimus. Sunt vero Harij Pomerani illi tui. At Havios Tacitus Cornelius Scutis quondam usos nigris testatur.

Tu vero illud natale non furvum à Stojenti-
nis Majoribus tuis, sed illustre acceptum, non
offucasti usquam, verum illustrius etiam reddi-
disti, ut si clari etiam non fuissent illi, ut o-
mnino fuere, vel à Te initium sumerent
nominis et Memoriam. At de hoc alibi plu-
ribus. Commentarios eos, quantum potui bre-
vissimos absolvi. Laconicos esse volui, Ita
faciles concepi, ut infra forte dignitatem, si
qua est, meam videantur, nimirum qui Lin-
guam plerumq Teutonam admixtam habe-
ant. Pervicit Amor tui, accessi non ostenta-
tor, verum ut simplicissimus, apertissimusq
enarrator. Cur ita? nempe ut propter me
Tibi coeteri gratificentur. Autodidactos e-
nim fore arbitror lectores omnes in univer-
sum et rei hujusce multo quam facillime eru-
ditores. Nihil, quod annalibus ipsis non repe-
ritur, adscivi, nihil omnino obscurum inter-
polavi. Effugi procul, quod Aurelius abhor-
ret, Macrovius libro de Somnio Scipionis septi-
mo. Nam in re, inquit, naturaliter obscura, qui
in exponendo plura, quam necesse est, superfun-
dit, addit tenebras, non adimit densitatem.
Verum enim vero antiquis, inquies, uteris! Vete-
res

res in lucem vettuli, Veteribus uti necessum
ac antiquis coeterum non antiquitatis, fecig
ut eo nomine in Veteribus servaretur anti-
quitas. Vale bellissime cum Dorothea Conju-
ge tua venustissima et haec nostra Susg deg
ferto, quae, quamvis parva ac minutula, si ad
Annales tamen respexeris, haud ita contemptim
accipientur cum et ad alia plerag non pror-
sus inutilia. Data ex Musaeo nostro Rostochia-
no pridie Calendas Januarias Anno M.D.XXI.

Que

Quæ incipiunt à Litera

A.

NB. alle teütsche wörter sind mit Lateinischen Buchstaben gedrückt.

Abrones, delicati. p. 182.

Abrodieti, vitæ molliusculæ, molliculi, Verzogene leüte. p. 82.

Accarum, Urbs Cilicum, sive terræ fatalis, nunc Cæsarea Romanis. p. 104.

Acratoposia, Potus meraces, Regum, Principum aut Divitum Solennitas, qua pocula varia adponuntur. p. 107.

Adephagus, Vorator, Teutonis ein Schlucker, Schnurrer. p. 123.

Adiopi, sine Rege, Principe aut Domino, quiq pro arbitrio suo vivunt, [. Diopi vero Reges sunt, auctore Eschylo. p. 108.

Adjurati, devoti, Adjuratissimi, devotissimi, Devovere vero est, sese rei cuipiam dedere. p. 3.

Aduatici, Gallorum populus, qui nunc vulgo Hannonij Teutonis Hongauer.

Alani, erant olim, ubi nunc Poloni, pauloq etiam in Alanos montes remoti, Teutonis Alaner, qui vagi cum Gothis, Gothi Alanis in Hispania nomen dedere p. 9. 16. 32.

re

re, qui Romanis Tarraconen-
ses Teutonis Catalonier.

p. 53. Albanactum, Regnum unum Bri-
tannorum sive Albionum, vulgo
Scotia Teutonis Schottland.

p. 13. Alistus, Urbs Megapolensium au-
ctore Cl. Ptolomaeo, quae vulgo
Parchunum, ab Idolo, quod ibi
quondam colebatur, Teutonis
Parchum.

interanea

p. 9. Alites, [illegible] producta, populus Thuriorum, cujus
meminit Apollinaris Sidonius
Teutonis Hartzländer, Hain-
liter.

p. 49. Ammopolis, Urbs Digulonum hoc
est, Otfaciorum, à Jove nomen
sortita, quem Caroli illius Ma-
gni tempestate ibi colebant, à
quâ re vulgo Hamburgium,
quam Urbem Cl. Ptolomaeus
Trevam nuncupat, à quâ Tre-
varij, Ammopolitani, Hambur-
genses.

p. 67. Angrivarij, inter Rhenum ac Vi-
surgim Ducatus olim celeberri-
mus Saxonum. Teut: Engern.
Nunc saepe pro Istevonibus o-
mnibus hoc est Westphalis ac-
cipiuntur.

Andri-

6. Lit: A.

Andria sunt Syssitia ac phiditia, hoc est Commessationes aut eorum loca ac conventus, in quibus epulatores ac potores conveniunt, et ubi voluptas, præcipue potoria celebratur. Sunt vero Andria peculiariter viriles sodalitates, quibus Symposijs græcari ac pergræcari Viri solent, à Cretensibus instituta, Minöe Rege in Creta et ante in Italia ab Enotriorum Rege, quorum meminit Aristoteles Lib: Politicorum septimo. Unde Andronitis apud Reges et Principes locus ille, in quo Viri ac non foeminæ sessitant, Teutonis, ~~rin~~ Ritterstob. Phiditia vero peculiaria sunt Spartanorum, Teutonis Zunft, ~~Schutzung~~ hoc est Lacedæmoniorum

Annales, libelli, quibus annorum singulorum acta gestave comprehenduntur, quemadmodum Ephemerides, dierum singulorum, quo nomine Romanis, quod Barbaris Almanachum. ~~Almanach~~ At Calendarium, mensium singulorum acta tenet, ut est Autor et jam Scævola Ictus Libro Digestor. De Statu liberis. Sed et Annæus Seneca Calendarium inquit, versat, fit ex Domino Procurator.

2. Anthe

NB. nach die ser ordn. mit num. bezeichnet stehen Sie im original, allein es ist nicht nach dem Alphabet.

Lit: A.

p. 31. 32. 2. Antheri, pars Thracum.

p. 5. 8. 14. 28. 30. 3. Antes et Antlij, populus Pomeranorum antiquus, teste Jornande ad Castalium, quorum Urbs Antlium Teutonice Ancgelsrym, ~~Amklam~~.

p. 128. 4. Apheteria, machinæ omnes generatim ad obsidendas Urbes.

5. Apastia, Jejunium.

p. 21. Aordus, nomen apud Vandalos proprium, cujus loco nosterculi Ordo.

p. 121. Aquæ graniæ, à Grano sunt Neronis germano nuncupatæ, qui loci eo forte fortuna balneas calidas reperit, à quibus thermis Grammatistarij Aquis granum nuncuparunt, quæ Cl. Ptolomæo Vegerra.

p. 9. Arborichij, Hessorum populus, qui à quercubus Saronici, vulgo Eichsfeldenses, quorum Tudrostadium.

p. 65. Argijrocopium, locus, in quo numi conduntur, Gazophylacium, Ærarium, corbona.

p. 68. 75. 83. Ascanij Principes, perinde Veteres, germanorum, ab Ascanio, filio Æneæ nomen sortiti, qui Teutonis, die Fürsten von Anhalt, quorum Urbs Ascanium Teutonice Aschersleben, ac Cervesium, ~~Zerbst~~. Cerbest.

Asciæ, sunt runcinæ, aut ungulæ illæ, quibus malefactoribus carnes à corpore

Lit: A.

[redacted]pore diripiuntur, id quod Flevens Ter-
tullianus annotavit.

Asotiæ sunt voracitates. Asotus, ven- p. 123.
triosus ein Fettbuch.

Asylum, domus libertatis, profugi- p. 127. 131.
um, securitas.

Attalanica, vestimenta pretiosa, ab p. 102.
Attalo Pergami Rege.

Atuatici, sunt Brabantini, quorum p. 33.
Atuantum ap: Ptolom: eum quod Antwerpia

Athloë, Athletæ præmium, Teutonis p. 70
dienst, roem lange.

Attebates inter Gallos vulgo Picardi.

Avares, Populus Pannonum olim, p. 9.
hoc est Hungarorum, qui inter Bo-
joarios nunc, ac vulgo Bavari, Ba-
vari vero Bojoarij sunt dicendi,
Teutonis, die Beyern. Norici O-
ber Beyern oder Norcauer.

Autorgus, qui per se cuncta agit ac p. 2
disponit.

Axiologus, in quo Auctoritas quamplu- p. 75.
rima.

Quæ

Quæ incipiunt à litera

B

p. 10. Babylon, Urbs una Ægypti, quæ et Memphis, nunc Alcairum, altera Assyriorum.

p. 11. 32. 68. Batavus, vulgo, Hollandinus, cujus populi meminere, Cornelius Tacitus, Lucanus, Martialis ac alij.

p. 11. 62. Bagnisus, fluvius, qui ambit à latere uno Luconios, h. e. Lubecanos, Teutonis die Wagnitz, ~~[illegible]~~ ~~nitz~~.

p. 42. 44. Belga, est Urbs, quæ Treveris, ~~[illegible]~~, Treveri vero sunt, qui circum circa habitant.

p. 56. Belus, Januæ limen aut liminare, cui Contrarium superliminare.

p. 13. 22. 28. 107. Bardi, populus proxime Megapolenses, die Bardirer, quorum Caput Sunnonia, ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ ~~sund~~.

p. 9. 16. 79. Bastarnæ, ultra Pannones incolunt, teutonis Dussern ~~Dussern~~.

p. 44. 46. Betica, olim Ilipula, nunc Granata, regnum Hispaniarum unum.

p. 68. Bethasij sunt Trajectenses superiores, Teutonis die Mastrichter, nam inferiores Utrechter dicuntur.

Bissal,

Lit: B.

Bissaltæ sive Bissultæ ut appellant nonnulli, inter Sarmatas, Teutonis Kriegstattern, quorum meminit Vergilius Libro georgicon tertio. p. 9

Bissaltæ, quo more leves, acerq Gelonus
Cum fugit in Rhodopen, aut in deserta Getarum
Et lac concretum cum sanguine potat equino.

Blenni, stulti, mori, fatui. p. 107.

Boarda, machina ad demoliendos muros, ein Büchse, ~~Rohr~~. p. 103.

Brephotrophium, locus, in quo pueri expositij aluntur, à βρέφος puer est τρέφω, alo. βρέφοτρόφειον. p. 25.

quare legendum brephotropheum non brephotrophium.

Bructeri, sunt Borussi, qui nostrculis Pruteni, Prussi, qui et Chunigardi ac Chuni, à quibus Chunibergium quod mons regius ~~Königsberg~~. p. 16. F CL Ptolomæo

+ à Cosmographistis.

Brijsani sunt Brandoburgenses, Marcomannarum, quorum Urbs Brijza, annalibus Vandalicis p. 58. 68.

Brijza nova ~~est~~ Magnopolensium Neu Brandenburg. p. 13.

Brunopolis, à Ptolomæo Tulisurgium, Teutonis Brunschwig. p. 67.

Bucephalus, caput Tauri, Ochsenkopf ~~Ochsen Kopf~~, insigne Ducum Megapolensium. p. 36.

Butes,

Lit: B.

p. 63. Bûtes, amasius Veneris, è quibus prognatus Erix.

Quæ in

Quæ incipiunt à Litera

C

Caibi, ~~Pars Sarmatarum~~. p. 9. Chauci, qui et Caici, nonnullis Caibi, populus Saxonum inter Visurgim et Rhenum, Teutonis Stiechtgenosen. p. 16. 65. 68.

3. Calastri, pueri illi, qui voculis concinunt varijs, nosterculis, Figuristæ. p. 107.

4. Calliopedes, eruditulí, scioli, qui ipsos se præ scientiæ admirantur. p. 2.

5. Canonium, Collegium Canonicorum, quod à Grammatistarijs Ecclesia collegiata. At plurative Canonia sunt navium pavimenta superiora, quæ cataphractæ et catastromata ac σαθμίδες. p. 76. 125.

8. Carnificina, locus torturæ aut tortura ipsa. p. 72. 50.

9. Catischi, Chatti, sunt, vulgo Lusatij, Lufenitzer. At à Chattis gentes multæ germanorum nomen traxere. p. 16. p. 76.

~~2. Caibi~~ Caibi, Pars Sarmatarum

6. Catharmata, sunt expiationes, expurgationes. p. 49.

7. Causam ex vinculis dicere est confiteri in tormentis. p. 79.

~~Chauci, qui et Caici, nonnullis Chaibi, populus Saxonum inter Visurgim et Rhenum, Teutonis, Stiechtgenoßen.~~ p. 16. 65. 68

9. Centrones, sunt Convitiatores. p. 2.

10. Chatti nunc Lusatij

11. Cherusci, nunc Schlesitæ. p. 16. 119.

Crepundia, sunt fasciolæ et alia, quibus p. 80.

bus in cunabulis obligantur infantes. Unde egredi crepundijs, est exire infantiæ tempus.

28. p. 2. Cterismata, parentationes, Teutonis, ~~begängniße~~ begängnis, Sacra mortuorum, è quibus enata nonæ ~~tri~~ Criacontadæ tricesimæ.

14. p. 5. 7. 8. 9. 10. 76. Cimber, est Danus ~~rin~~ ~~Dannemarker~~ Denmerger, testibus auctoribus plurimis.

15. p. 47. 90. Cimbrica Chersonesus, est Peninsula Digulonum. Nam Digulones sunt Cl. Ptolomæo Otfacij, qui à Barbaris immutatis literis Olsatij, Annalibus Vandalicis Vagiri, quorum Urbs antiquissima Coloniæ antiqua, vulgo Aldenburgium, ubi quondam Episcopatus, nunc Comitatus insignis.

16. p. 5. 5. Cimmerij Meotici inter Sarmatas ubi et Geth sive Gothi quondam, à quibus Cimmeriæ tenebræ divo Hieronijmo.

17. p. 14. 28. 54. Circipoeni, Populus Megapolensium, qui secundum Poenum fluvium accolunt.

p. 36 18. Cilicia est provincia Solijmarum at Silicia Italiæ.

19. p. 13. 54. 62. 69. 74. 90 Cissinum, Vicus Megapolensium, haud ita procul Rostochio, qui Teutonis ~~Kissin~~ Chissinnam, qui nunc Rostochienses ante Cissini, hoc est Chissiner ~~Kissiner~~ nuncupabantur.

p. 107 13. Choraules, inter Musicos Schallmeyer.

Clo

Lit: C.

20. Clostra, loca in hastiludijs, ut appellitant, quæ Clathris includuntur. p. 70.

23. Cocytia, Festa ac Ceremoniæ bonæ Deæ à Cocyci ave, quæ cuculus, quasi festa Majalia, de quibus ~~Ha~~ Flaccus Oratius. Inultas ut tu viseris Cocytia vulgara sacrum Liberi Cupidinis. p. 106.

24. Codanus, Sinus Maris Balthici, teste Plinio, à quo Codanavia Urbs, quæ Barbasculis Hafnia, Teutonis ~~Kopenhagen~~ Coppenhage, Caput Danorum. p. 8. p. 121

22. Colancorum, apud Ptolomæum, Urbs Megapolensium, quæ vulgo Fredelandia. p. 13.

24. Colbasium, atrium Monachorum inter Pomeranos, Colbortz.

25. Colaces, sunt Adulatores. p. 107.

12. Chuni, Apollinari Sidonio, Bructeri, vulgo Pruteni, Ptolomæo Borussi. p. 18.

27. Crypto=Porticus, cryptæ, loca subterranea, Teutonis ~~eine grufft~~ crofft. p. 50.

29. Cystoboci, Alanorum populus juxta Gylliones, qui et Costobaci aut Costobaces, inter Sarmatas sive Polonos, ut est Autor Amianus p. 16.

Lit: C.

anus Marcellinus Lib: 22, a vigesimo secundo
quo non dissentit Julius Capi-
tolinus in Pio. sed nec Eutropius.
Cl. Ptolomaeus juxta Sidonos
collocat. Gepidas recte nuncu-
paverimus, quorum Gepudium
olim, nunc Sepusium, inversis litteris Sieben
Burger, Heptapyrgi, qui et
Metanastae Ptolomaeo, Vergilio
Jazyges.

p. 36. Cilicia est Provincia Solymarum.
Ast Sicilia Italiae.

p. 79. Causam ex vinculis dicere. i.e. confiteri
in tormentis.

Quae

Quæ incipiunt à Litera

D

Dacum, Cosmographista esse volunt, qui Cimber, sive Danus, cum sit Dacus, Valachus, Dacia Valachia juxta Pannonas, h. e. Hungaros. Danus v. a M. Ant. Sabellico Dania dicitur in Enneadib. p. 8. 9. 16.

Diadema, fascia condita loco Coronæ inventum, Liberi, quam Reges in capitibus, Stultinunc et amator, culi in cruribus portant. p. 30. 51. 61. 86.

Differtum, plenum, auctoribus Hor: Flor: at fufferta interfusa, illu strata, ut est testis Seneca Lib: 1. quæst: nat: 1. p. 122.

Diagramma, datio, quæ imponitur Civibus aut rusticis, velutim ju re civili angariæ ac pecuniariæ, Teutonis eine Land-Steuer. p. 107.

Digulones, vide Cimbrica Chersonesus. p. 106.

Quæ

Quæ incipiunt à litera

E.

p. 71. Editŭus, sive Æditimus, qui ab officio æramenti, hoc est Campanæ, æramentotriba, barbaseŭlis campanator, qui Basilicanus quoq dici solet. Sed et æditui Monachi olim custodes, quorum meminit Oseas vates, (cap. X^mo.) Et æditui ejus, inquit, super eum exaltaverunt, Lyranus nigros eos religiosos fuisse scribit.

Æramentum vero non campana tantum, sed mundus ille domesticus ex ære, qui lucet et tinnit, quem admodum apud Evangelistas de manuum lotione in translatione vera scribitur.

p. 1378. Eltana, fluvius Megapolensium, Teutonice de Eldenow.

p. 82. Emortualis dies, quo quis moritur.

p. 106. Enophthalmismus, Spectaculum, quo ludi spectantur.

Epinicium, Victoriale. l. 2. c. 40.

p. 77. et alibi Expiare, purgare.

p. 50. Extorris, Exul.

Quæ

Quæ incipiunt à Litera

F.

Fasti, sunt libri, in quibus nomina Sanctorum scribuntur. Fastis divorum adscribi est in numerum Deorum referri.

Faldera, Urbs Danorum inter quos et Svevos Oceani media, quæ vulgo Bornholm. Est et alia Faldera Olfaciorum, quæ Nigr-Münster. Est vero Holmus, sinus Oceani, qui et fundus, ac Danis et finitimis ein Sund. Unde et Stockholmus Urbs Svevorum Oceani in Schweden. p. 59.

Foecialis, nuncius Regum, qui Barbaris Heroldus, parcefantus.

Flavium, (: qs: Clovis:) Civitatula Megapol: Plovis. p. 13.

Fercula, non cibaria, sed missus sive transitus Regum ad popinam, quibus a discophoris afferuntur multæ simul patinæ cibis differtæ. Ferculo igitur primo, hoc est, missu primo, Inde pro curribus apud Salomonem, qui fercula legitur, ex lignis cædrinis fecisse.

Frequentes, multi, a quo frequens auditorium, plenum scholasticulis.

Quæ

Quæ incipiunt à Litera

G.

p.12.27. Gabaliones, popellus Megapolensium in saltibus, qui Teutonice Gabel heider.

p.12.73. Gadebusium, Civitatula Megapolensium, Gadebuss.

p.106. Gabrita, sylvæ Herciniæ pars, Teut: der Behmer=wald.

p.107. Gelatopæi, mimi illi, qui deridiculis ad cachinnum concitant, Gelas enim risus est, unde agelastus, qui raro ridet.

p.28.108. Grypho Sylvia, Urbs Hariorum h.e. Pomeranorum, quæ Cl: Ptolomæo ὀυιρούτιον, Virutium, ubi Gymnasium publicum, quod nostercules Grÿphs=wald.

p.56.107. Gliscerum, adipatum, salinare, At de Convivijs elegantibus dicitur ac cibis et coenis.

p.109. Geenna sine h. scribendum est. Est vero Geenna locus prope Solymas, in quo idolum Baal quondam colebatur, in pede montis Mora. Siloë ibi fluit, planiciem irrigans, valle, delicijs et nemoribus volupe, quo loci immolare hostias, incendere holocaustomata, idolis gentilitas solebat, a qua re Geennon, vallis fluorum. Ennon, ut testantur Paralipomena, Libri Regum et Divus Jeremias. Comminatur n. Deus, locum se completurum cadaveribus, ut non sit amplius Tophet et Baal s. polyandrium h.e. Coemeterium, ubi æstus et frigus habitent. Sic loco dein deserto Geenna infernus creditur. Quæ

Quæ incipiunt à litera

H.

Hamippi, sunt equites prodromi, Teut: Vordraberer. Pedites præterea cum equitibus dispositi, ut sunt testes Thucydides et Xenophon. At quemadmodum Hamippi de Equitibus primi in equitando, sic de Peditibus antesignani et primipili dicuntur, fürgänger. p. 58.

Harij, sunt Corn: Tacito Pomerani, qui et Venetes auctore eodem. p. 29. et Ipf. Suj. Com. p. 1.

Heruli, qui inter populos vetustissimos Germaniæ apud auctores priscos, magna in celebratione, vulgo quondam Werli, H litera in V. duplum mutata, qui etiamnum Werlenses, die Werler, olim et Obotritæ, nunc Megapolenses. Ac inter Herulos olim Veteres et novi fuere. Veterum memoria apud Romanos nota. Novorum non supra annos quadringentos, qui ex Obetritis s. Megapolensibus, sic volebant in posteritatem veteris nobilitatis nominari, pro quo titulo, Megapolenses sese Vandalorum Principes prætitulant. p. 5. et pl. locis.

Herula, Arx munitissima, olim Werla, cujus tantum extat area, ab Heru- p. 12. 38. 66

rulis condita, Regibus famatis-
simis, haud ita procul Rostochio.

Hervum, monumentum elatum, authoribus Pausania, Plutarcho, Thucydide, Stephano Bizant: ac etiam Plinio

p.12. Hilivones, populus Megapolensium, Comitatus nunc Sverinæus. At Urbs Sverini pars etiamnum Scilivones à Barbaris, Teutonice de Schilfe.

p.113. Higmophylax, custos Carceris teste Calisthene.

p.16. Hiali, populus Boruscorum, qui Glessarij ubi invenitur electrum, quod Glessum s. hialum, h. e. vitrum.

p.70. Hoplomachus, armatus pugnans, Magister armorum, Teutonis ein Rost-Meister, Harnisch-Meister, Martial:

p.120. Horcus, Jusjurandum.

p.104. Hyperbolus, lapis, qui submergendorum Cervicibus alligatur test: Aristoph: Est et ager Creditoribus obnoxius, cui diversum ἄσικλον, astictum.

p.102. Holosericæ, vestes ex toto solove serico Aut: Lamprid:

Holoporphyrus, vide Leucoporphyrus.

Quæ

Quæ incipiunt à litera

I. I.

Icrum, patibulum, quo fontes nunc, olim Martyres excruciabantur, cujus meminit Thucydides. Romanici ad chordas appellitant, latine, surrectum, tabulatum. p. 125.

Illyris, Illyria, Illyricum est Slavonia nunc juncta Venetos. p. 15. 21.

Ilium, arx Megapolensium, haud procul Visimaria, Teutonice Hlond. p. 66. 3.

Imponere est decipere. Impostores, deceptores, Imposturæ deceptiones p. 3.

Iustâ adverb. pro pariter. L. 1. c. 7. p. 12.

Quæ incipiunt à litera

L.

p.107. Lamÿrus, loquax, garrulus, facetus, comis, rÿthmis ludens, Teutonice, ein lodderer, Plauderer.

p.112. Latonia, lingva Siculorum, Carcer.

p.109. Lea, Urbs Megapolensium, die Lawe.

p.101. Lemovÿ, Cornelio Tacito, qui Leoonÿ, Barbaris Livonienses, Teut. Effländer, proxime Bructeros. Eosdem Plinius Helleviones et Effluos nuncupat, quorum Riga caput.

p.123. Leucoporphÿrus, vestibus vilibus indutus, at Holoporphÿrus vestibus optimis ornatus. Sunt vero porphi, virgæ in tunicis virgatis purpureæ. Extra Leucoporphyrus, intra Holoporphyrus, ut in Evangelio Jesus.

p.111. Leontium, Civitas Megapolensium, olim in Albis Littore, nunc Marcomannorum, Lentzen.

p.15.20. Lingobardi, sunt Longobardi. Teut. Sui Lombardi, p. 7 aus der Lombardey.

p.13.47. Lingones, populus Megapolensium, qui ab Urbe Varno nomen nunc tenet, hoc est Varnenses, Teut: die Von Waren.

p.58.86. 78. 91. Linoges, populus Marcomannorum, ac Comitatus quidem Teuto-

Lit: L.

tonis, die Von Lindorn, qui et Rupinenses, die Von Rupin.

Lirimiris, Civitatula apud Ptolomæum in Confinio Saxoniæ inferioris haud procul Luconijs. Teutonice Möllen. p. nn. 128.

Luconij, sunt Lubecenses, quæ Urbs in Annalibus etiam alia nomina habet. p. nn. 47. 80. 128.

Lutetij, s. Lutitij, populus hic Megapolensium, qui vulgo Stargardi, at Lutetia Urbs Gall: prima Parriß. p. 13.

Lituus eine Zinde, instrumentum musicum recurvum olim bellicum, die Heerhorn. p. 107.

Quæ

Quæ incipiunt à litera

M.

p. 93. Maza, panis rigidus, biscoctus, auctore Aristophane, Teutonice Zwey=bock. Amazones ergo pro pauperibus accipiuntur, quasi non habentes Mazam hoc est panem delicatum ut interpretantur Eustachius, Homericus. Lacertis etiam et testudinibus vesci consvevere, à quâ re Sauromatides, quos, quoniam conculcant pedibus, Sauropatides dicuntur.

p. 69. Magale, Domuncula, gurgustium, gurgustiulum Pastoris, quemadmodum Mapale piscatorum.

p. 39. 64. Mattiaci, juxta Batavos Selandini.

p. 102. 114. Mausoleum, sepulchrum elegantius ac regium, unde Mausoleum Christi, sepulchrum Dominicum.

Mausolo fecit Artemisia, conjux gratissima, unum inter septem miracula mundi.

p. 106. Majuma, Romana olim Festivitas Mense Majo.⊙ Majuma et Majalia Teut: das Mayen = Fest.

⊙ In urbem hostium maritimam itabant frequentes, inter aquas voluptatibus incumbentes, quam rem sustulit Anastasius Imp. ut est annotatum a D. Justiniano Lib. Cod. XX. At libris omnibus fere male legitur. Comes inde Majumorum, Meynu: Gräfe, is, qui præest Solennitati.

p. 66. 12. Marionis oppidum, Urbs Megapolensium, Ptolomæo Sverinum, quæ et Marionis altera dicitur, nam Marionis prima est Lunæburgum teste Ptolomæo eodem.

p. 112. Massagitæ, inter Sarmatas die Maßauer, s. Masovitæ. At Massagitæ alij sunt illis remotiores.

p. 12. 66. Megapolis, Urbs Megapolensium ma=

Lit: M.

maxima, nunc desolata, quæ nosterculis Magnopolis, à quaet Magnopolenses Principes appellant, qui Megapolenses sunt nominitandi, vulgo Mecklenburgenses.

Menapij, sunt Juliacenses, die Jülicher. p. 64.

Molesta, Instrumentum aut tunica sulphurata, quo induuntur sontes cum ad quæstiones vocantur, ut fateantur Crimina, Seneca, Lucretius. p. 125.

Mons pessulanus urbs Gallianum, quæ Ptolomæo Agatopolis, Teut. Mompelier. p. 78.

Mosci, populus Sarmatarum, qui et Roxolani, quibus olim Mithridates Rex imperavit, vulgo Moscobitæ, Teut. Moscowiter. Russen. Constant vero Mosci tribus populis, qui Colchi, Iberes, Albani. p. p. 66.

Mosynæci, sunt, qui in Arcibus incubant, tubâ canentes et signa dantes, Teuton: Huß=Männer, Thürner. Coeterum Mosyni sunt turres teste Apollodoro ac domus et jam ligneæ in campis ad speculandum.

Monumentum, aliud est, quam sepulcrum. Nam monumentum memoriæ causa in posteros proditur, ut ait Florentinus lct. quod tum fit sepulcrum, cum corpus vel reliquiæ inferuntur. Erant vero olim monumenta in campo. Nam et Ulpianus lct. poenæ aureorum 40. multandos censuit, qui in urbe sepulcrum fecissent. p. 3. 5. 28.

Mystile, panis ille, qui pinsitur Canibus. Panes vero illi latine panicæ vocantur è furfure plerumq teste Festo Pompejo. p. 109.

Massilia, urbs Galliæ, ubi gymnasium literarum, quondam Græcorum celeberrimum, quo mittere pueros suos etiam Romani solebant, quæ urbs adeo evasit clara, ut in regnum abierit, das Reich von Marsilien, unde a Cosmographistis perperam Marsilia etiamnum dicitur. p. 100. 104.

Quæ

Quæ incipiunt à litera
N.

p. 9. Neurus, Populus Sarmatarum qui à Barbasculis Lithuanus Teuton: Litthauer.

p. 12. 112. Nævulus, fluvius Megapolensium prope Güstroinos, die Nevel.

p. 40. 46. 52. 128. Norici, Germanorum duplices; nam Norici Oceani appellantur Norwegen. At Norici in Germania superiore Ober Beyern Bojoarij superiores.

Quæ

Quæ incipiunt à Litera

O

Obetritæ, nomen erat Ducum Megapolensium cum Reges adhuc essent, Teuton: die Könige der Obetriten, quod secundum etymon græcum die bunte Rotte oder Garde. p. 14. 17. 36. 71.

Oceanus Cimbricus, est mare Balticum. p. it. Mare Baltheatum, s. Oceanus Baltheatus, a cinguli similitudine. Teuton. der Belt. Plinius Accianum appellat vagum et diffusum, mari nunquam simile.

Oporophylacium, locus aut cella, in quâ reservantur poma; Oporotheca vero loca, ubi fructus omnes tales reconduntur. p. 70.

Ostro-Gotus, Gotus ad orientem incolens ein Oster-Gothe, sicut ad Occasum Veste-Gothus ein Wester-Gothe. p. 9. 19.

Quæ

Quæ incipiunt à litera

P.

p.107. Pandesia, Convivium ingens, adipate, galneatum, gliscerum, saliare.

Palinodiam canere, est revocare errorem, auctore divo Hieronymo.

p.15.53.57.108. Palare, est verbum militare, quod de Exercitu dicitur, cum sine ordine it, dispalare vero est dispergi.

p.106. Panici, sunt in bello terrores repentini veluti Italis laarma, Teut: Lermen.

p.33. Panicum, inter legumina, nobis Buchweitz.

p.102. Patagiata, vestimenta sunt aurea, Teut: Güldenstücke.

p.2. Paredrus, Assessor. Cicer: Epist: ad Tir: Lib: 16. ep. 18. ~~Sueton in Calig.~~ Et authore in Poet. Arist.

p.131. Pansagia et Panoplia, armaturæ ratio aut disciplina, lustratio armorum, Teut: Heer=schau.

p.2. Parentationes, Κατερίσματα, Begängniße der Todten.

Pantomimi, omnium imitatores, aut effictores, qualis olim sub Domitiano Cæs. Paris, cujus meminit Juvenalis Satyrographus, Pantomimorum vero meminere, Julianus Jct. L. 4. C. de Spectac. L. 27. ff. de Oper. Libert. L. 1 XI. Plin. Cæcilius in Panegyr. Sueton. in Calig. v. p. 107.

Pancratiastes, qui cæteros omnes in ludo vincit, der den Obersten danck Verdienet.

p.14.71. Parietinæ, muri antiqui. L. 1. c. 4.

p.50.76.129. Parthenopolis, hodie Magdeburg. Ptolomæo Merium. Metropolis Saxonum.

p.13.28. Poenus, fluvius Megapolensium, Anna,

nalibus Vandalicis perperam Parijs, Teutonis dir Prügn, qui oritur supra Malachinum.

Peribolum, Septum delubrum. Sunt enim peribola septa illa, quæ arboribus olim et sepibus circumdata, in quibus sacra colebant, quæ loca et luci.

Peripetasmata, sunt tapetiastromata, peristromata, in templis aut aedibus circa lectos. Teut: Umbhang.

Phalacri, calvi, recalvatuli, cani, p. 123.

Phalanti quos Calvastri, capite cano. p. 123.

Pharus, facula, quæ λαμπηα græcis, per quam navigantibus mari signa dant ex turribus. p. 12.

Phelometa, fraudes, doli, vafriciæ, deceptiones, auctore Antiphon. p. 2.

Polymita Vestes aut tunicæ versi, colores, quæ nunc dicolores, nunc tricolores, pentacolores ac etiam polycolores, quales apud Fl: Vopiscum et Libro Geneseos tricesimo septimo memorantur, ubi fratres Josephum legunt nudasse tunica talari et polymita. p. 14.

Polytelæ, prodigi, qui multa profundunt, Teut: Prassers. At enteles, deparcus. Teut: ein Bund. p. 82.

Pentathlus, genus ludorum quinq, quorum meminit Paulus Jct. in L. 2. §. 1 ff. de aleat. Ludorum preterea eorum meminere Plinius, Propertius, Gellius, Macrobius, sed et ludos eos. Simonides, Poëta, versibus eccinit Græc, qui civitate Romana sic donati.
Cum disci jactu, saltus pedis, impetus hasta,
Atq; pale et cursus, studium fuit olby unum,
Athleta vero et picta nominantur. v. p. 107. p. 62. 71.

Pola,

Lit: P.

Polabi, pars Megapolensium, Racebürgenses.

p.124. Præfectus Prætorio, ein Marscalck.

p.131. Psephisma, Statutum, Reformatio.

p.66. Pijlorus, custos portæ, forium præfectus, Ostiarius, ein Pörtner.

p.70. Pedum, baculus pastoralis ac scipio. Nam & Virgilius in Bucol. Eccl. V. cecinit.

At tu sume pedum, quod cum me sæpe rogaret,
Non tulit Antigenes et erat tum dignus amari
Formosum paribus nodis et ære Menalca.

p.ii.75.47.68. Polabi, pars Megapolensium, nunc Raceburgenses.

p.107. Præstigiatores, qui visum decipiunt. teut. Gauker.

p.iii Praga, caput Bojemorum, Ptolomæo Casurgis.

Proselytus, advena, a moribus gentilitiis ad Legem Christianam tractus,

p.107 Psaltriæ, mulieres quæ ad lyram canunt, aut psalterio, teut. Lyririsch.

p.24. Pueri patrimi et matrimi, quorum vivunt adhuc Parentes, teste Macrobio, quibus contrarij Pupilli, Orphani.

Quæ

Qua incipiunt à litera

Q.

Quæstor Imperij, est ArchiCamera- p. 129.
rius, qualis Marcomannus.

Quæ incipiunt à litera

R.

p. 71. Repoſciones, Rebelles mali.

p. 76. 82. Rebellio, Urbs Megapolenſium prope Flavium, Teut. Röbel.

p. 12. 25. Rhadagaſus, Idolum Vandalorum Xſondorgorſt.

p. 13. 54. Rhatarij, Annalibus Vandalicis populus Megapolenſium, ubi nunc Malachinum.

p. 60. 113. 128. Rudimenta Militiæ deponere, armis melius inſuescere, ſic rudimenta literarum deponere, pro quo noſtrates dicunt, volo deponere, aut depoſui, errore manifeſtario aut Beaniùm depoſui, Deponere ergo rudimenta literarum eſt, ſtudia meliora ſub ductore docto ſequi.

Quæ incipiunt à litera

S.

Sacellanus, Capellanus, ut dicunt Grammatistarij, cum sit capella, capra parva, Sacella vero templum parvum. Virg. in Bucol. Eccl. 3. - - - Sed faciles nymphæ risere sacello.

Salacij, Francones Germanorum, p. 28.
die Franken. Elegantius Francio-nes, nimirum a Francione Rege dicti, Cæsari Tectosages.

Salosevicus, Urbs Otfaciorum, Teut. p. 60.
Schleßwig, quæ et Idibum, Hadobotum, Sæviscus.

Salutigeruli, nuncij Dominarum ac renuncij, teste Plauto. Tales faciunt Aquariolos, pararenchosq; qui Teutonice Hanreyen. At jure feudorum Cucurbitatores activi sunt, sicut illi passivi. Teutonici, die Hanreyen machen. Nam cucurbitare est verbum juris ejus.

Sanctaria, sunt scrinia secretiora, p. 11.
quæ et Aporeta.

Sargatij, populus Megapolensium, p. 13.
qui et Stargatij ac Stargardi, Stargardirer. At lingva Vandalica Stargard est Oldenburg.

Scandinavia, Barbasculis Scandia et p. 57.
Schona, Insula Danorum.

Scolium, Canticum convivale. At Scho- p. 71. et in Psal. 5. Com.
lium, interpretatio difficilium, inde Scholiographi, Scholiastæ sunt talium Paraphrastæ.

Scyrus

Lit: S.

p. 9. Scÿrus, Insula, quam cecinit Vergilius.

Stermatæ, qui nullo ore, nullis naribus.

p. 9. 32. Sarmata, plerumq pro Polono, quia Rex ipsorum. v. infr.

p. 105. Serperastra, instrumenta puerilia, quibus ludunt, quo fit ut illis pueritia significetur.

p. 107. Schoenobatæ, fune ambulantes, die auff dem Seile gehen.

Sicambria, Sicambri, vulgo Geldria, Geldri.

p. 68. 74. 82. Sidini, Autore Ptolomæo sunt, qui nunc Stetini, die Stetiener.

p. 15. 19. Sigipedes, Susipedes, die Siebenbürger. Julius Capitol. in Vit. Antonini Pii. Orosius Lib. VI. Trebellio.

p. 57. Sirrum, fossa subterranea, cuniculi, crÿptæ unde ire et exire clanculum arces possuntus. At M. Varro Sirros vocat excavationes ad frumentorum semina.

p. 13. 11. 25. Siva, Dea Vandalorum, Venus ipsa, colebant illam Polabi cumprimis et Heruli, à qua Dea Civitatula, quam tunc Sivam, nunc Swan appellant, supra Rostochium.

p. 72. Sonticus, morbus gravis ut et sontica tabes.

p. 46. Sorabi, vulgo Misonenses, ab Urbe Misena

Lit: S.

sena, dicti vero ante Sorabi ab Urbe antiquissima, quæ Sorabum, Teut: Czorbig in Albis littore è Regione Cervesiorum.

Svevus, fluvius Marcomannorum autore Ptolomæo, qui Barbasculis Sprevus die Spree Berolinum ac Coloniam dirimens. p. 11

Sympinum, vas vinarium, cyatho simili aut calice, quo utimur in Sacris. p. 109.

Juvenal. l. 2. Sat. 2. v. 341. Et quis tunc hominum contemptor Numinis? aut quis Sympinum videre Numæ, nigrumque catinum.

Sarmata plerumque pro Polono, quia Rex illorum terræ Sarmaticæ multum tenet. p. 9. 32.

Sepulchrum tunc fit quum sunt facta justa, vel cum corpus infectur aut reliquiæ. At Romanis moriebat comburere corpora, quo innuebant vehiculo igneo animum abire ad astra, qui solus in nobis divinus, Nam sic corpus, quia terrenum, in cineres subsideret. Unde illud: Memento, quia cinis es et in cineres redigeris. p. 125.

Quæ

Quæ incipiunt à litera

T.

p.32. Tanais, fluvius Scytharum è Ryphæis montibus ortus, Asiam ab Europa dirimit, in Pontum fluens.

p.14. Tetra, Urbs Megapolensium, Tetrow.

p.2. Tethradistes, semper laboriosus.

p.108. Thitumeri, ex Ptolomæo Ditmerser.

⊙ Hi ex Ptolomæi appendice perperam a gloriosulis indigenis Theomartij appellantur, ac Ditmartij, qui si Dii, quibus melius, profecto ut se homines, quam Deos recenserunt.

p.19. Thuringi, varia habent nomina apud antiquos. Dicuntur enim Thurij, Tyrrigetæ, Theiphali, Chatti, Victaoli, die Düringer.

p.107. Thymelici, saltatores, Tümmeler.

p.58. 68. Todera, Urbs Marcomannarum vulgo Havelbergium, unde Toderani sunt Havelbergenses.

p.100. Trabea, vestis Consularis, Senatoria, nunc et Doctoralis. Macrobius, Gellius, Plinius.

p.11. Travus, fluvius Luconiorum, Trave, a quo Travamunda civitatula maritima.

p.28. Tributum Cæsaris, Teut: Tribesses à servato ibi olim Tributo.

Trecinus, quæsticulus, lucrum parvum.

p.123. Trivonaria, vestes prætenues, forenses, triclinaria, quotidianæ.

Ticho

Lit: T.

Tichophylaces, custodes murorum, teste Julio Polluce. p. 128.

Tullentius, fluvius Megapolensium, Teut: die Tollenser, juxta Brandoburgium. p. 13. 28.

Tullianum, olim Carcer Romanus Tullij Hostilij, nunc ubiq; ut est Autor Apulejus. p. 102.

Tulisurgium, urbs Saxonum ex Ptolomaeo. nobis Brunschweig. p. 67.

Tyle, Insula Oceani à Cosmographistis, Islandia, de qua Virgil. p. 8. 15. 33.

Tibi serviat ultima Tyle.

Thrombi, guttae sanguinis concreti, quales nostri Salvatoris. p. 109.

Thynnus, piscis magnus, Teutonicis Tinus, a quo Jure Civili thynnoscopium. p. 33.

Tricae sunt fraudes, tendiculae, laqueus, decipulae.

Quae

Quæ incipiunt à litera

V

p.71. Vagirus, Annalibus Vandalis Otfacius, hodie ein Holstäter.

p.8.19.30.37. Vandalus, cis Vindum s. oderam incolit, ein Wende. Sclavus ultra, qui Polonus.

p.124. Vangiones, sunt Wormatienses.

p.12.38. Varna, fluvius Megapolensium, die Warne, à quo Varnamunda Warnemünde.

p.14.17. Velatabij, pijratæ, olim ex Noricis, Oceani, è quibus Normannorum in Gallia origo.

p.43.84. Vesulus, mons Italiæ, è quo oritur Padus, in Ligonum finibus.

Veredarij, nuncij Italici, Postbothen, velocissimi, equos mutantes.

p.9. Vesus, pro Veso=gotho, West=Gothe.

p.50.55. Vicus Bardorum, sive Bardoropolis Urbs Saxonum antiquissima, Teut: Bardewick, ubi Episcopatus temporibus Petri.

p.13.16.30.37. Vindelici et Vindeli, qui ad Vindum hoc est Oderam habitant. Vindelici autem sunt duplices, teste Plinio, Oderer und Hoch=Schwaben.

F qui Cosmographistis coecutientibus Viadrus.

Vindus igitur est Odera unde Vindelici, Schwaben.

p.31.5.37. Vividarij, qui dicuntur etiam Gytones, Dantisci teste Corn: Tacito et

et Gythonium, Dantiscum.

Ungula, tormentum, quo fontibus p. 35. 125.
Carnes exungulantur, testibus
Cypriano, Eusebio, Tertulliano.

Victuali, sunt Thuringi, teste Eutropio & pijrata prog. p. 17.

Volones, qui sponte sequuntur, p. 131
quales servi bello Punico secundo
hodie Voluntairs.

Vistula die Weichsel, fluvius Bru- p. 31.
terorum, Gythonium praterfluit,
hoc est Dantiscum. Sunt autem Gythones Dantisci teste Cornel. Tacito. Fluvius vero ille et Eustillus ac Gutalus, cujus Pomponius Mela meminit.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896444075/phys_0054

INDEX POSTERIOR.

A.

Aditus. i.e. aetus fortis. Hor. viribus aeditior credebat, ut in grege taurus. Et loca edita dicuntur alta, et sese aedentia, h.e. ostenditia. Hinc arx edita, hoch. fest Schloß. p. 116.

Alemanni populi olim fuerunt, qui sunt inter Alpes et Moguntiam Chron. Carion. L. 3. p. m. 298. Modo sunt Germani sic dicti, quod in bellis sese gesserint ut viri fortissimi, animosi et cordati, alß Männer, et dicuntur vocabulo patrio, quasi prorsus vir. Garniy Mann. Beat. Rhen. Lib. 1. rer. Germanic. A quo haud dissentit Mynsinger J.C. in Procem. Inst. ad vocab. Germanicus. Sed Michael Beuther in not. ad Tac. de morib. Germ. ejusq filius Johann Michaël, in Animadv. Historic. Cap. 2. Alemannos, quasi Adelmannos, Adelmänner. i.e. Nobiles et ingenuos viros propter susceptam in Romanos, tot gloriosissimarum nationum potentissimos domitores, expeditionem, appellatos esse asserit. p. 19.

Allophylus dici potest alieni: p. 68.

gena, sive alterius tribus, Ein Stembelling, ex ἄλλο, aliud, et φύλον, genus, natio.

p. 13. Amaxobij, s. Hamaxobij, populi Sarmatiæ Europeæ, teste Ptolomæo, Pomponio, Plinio. Vadianus, Pomponij interpres Moscovitas esse arbitratur, die Moschowiter.

p. 168. Angrivarij. antiqvitus sedes suas habuerunt ad Albim, ubi est Marchia vetus, die Alte Marcke, et oppidum Angermundum. Post in loco Bructerorum emigrarunt, uti refert Tacitus, Eugern. Chron. Canon. L. 3. p. 473.

p. 86. Apulia. Italiæ regio, mari Adriatico contermina, inter Dauniam et Calabriam. Incolæ dicuntur Apuli. Clüv. in Introd. ad Geograph. Univers. L. IIII. c. 29. Magin. in Tabul. Geogr. Cl. Ptolom. p. 128.

p. 116. Archigrammatici, dicuntur scribarum Principes. Unde Plutarchus scribit Ennonem Cardianum fuisse in Archigrammatica Alexandri Magni. Nunc ii sunt, qvos communi sermone Cancellarios nuncupamus.

p. 28. Archuna, qvæ et Arcana, Metropolis qvondam Rugiæ Insulæ, nunc devastata. Teutonis Qvittow. Chron. Rostock. Lindeberg. L. 1. cap. 7. Albert Kranf.

LIA. A.

Krantz. Vandal. Lib. V. c. 11. Sa.
xonia Chytr. L. 11. cap. 11.

Arelatum. et Arelate urbs Galli. p. 85.
a Narbonensis, haud procul
a Rhodani ostio, vulgo Arles,
teste Bertio, Adriano, Frisio.

Areopagus, ἄρειος πάγος, locus, in p. 97.
quo Areopagita judicabant,
quasi Martis vicus. Erant
autem ἀρειοπαγῖται Judices
Athenis summa integritate,
qui in vico Martio de crimina.
ibus judicabant. Hos primum
Solon instituit. Suidas.

Argyraspis. Gr. ἀργυράσπις, idos, p. 36.
ab ἄργυρος, argentum, et ἀσπὶς
clypeus, parma, scutum proprie
rotundum. Hinc argyraspis,
qui scuto seu clypeo utitur ar.
genteo. Nomine hoc insigni.
ti fuerunt Antigeni, Vandalo.
rum et Herulorum Regis 11.
milites, teste Marcellino
in Annalib. Lib. 2. cap. 11.

Asarotheum pavimentum arte p. 64.
pictura elaboratum, quod
verri haud opus. Xenocra.
tes primus in faciendis asa.
rotheis claruit. Plin. Lib.
36. cap. 25.

Astiburgij montis nomine A. p. 11.
La

la continentur, qvæ per Sile-
siam ad Poloniam et Cracovi-
am usqve sese extendunt. Bi-
libald. Pirckheimer in Descript.
German. communiter jugum
Bohemorum, vel Böhmischer
Grbürge.

p. 9. Avares, Hunnorum vicini fuere,
ex ea regione, qvæ Sodie reti-
net nomen, ultra Moscoviam.
Mixti fuerunt Hunnis, h. e.
Hungaris, qvod compositum
est ex Hunnis et Jura. Hinc
apud Jornandum Hunnivar
qvasi Hunni et Avares, Goth.
Carion. Lib. III. pr. m. 873.

p. 48. 103. 109. Aurarij, Fautores sunt et amici
ab auro, qvod pro favore
nonnunqvam accipitur.

p. 85. Aurelia, urbs Galliæ, qvæ vul-
go Orleans. L. 2. c. 19.

B.

p. 36. Bactra, Scythiæ Provincia,
ultra Assyriam. Est et urbs
ejusdem nominis in Regione
Bactriana. Magin. in Cl.
Ptolom. p. 249. Zoroaster
primus eorum Rex, artis
magicæ fuit inventor. Syn.
gram. Glaser. Cap. 7. Lib.
II.

Base:

Lit. B.

Basebalicum, urbs Pomeranorum a Cæsareanis plane exstincta, et in cinerem redacta, Pasewalck. p. 108.

Bergium, Rugiæ Metropolis. Bergen. p. 28.

Bimulus, qui in bimatu est, h. e. qui duos annos habet, Proprie dicitur de iis, qui post eam ætatem adhuc incrementum capiunt, ut puer bimulus, non item canis et gallus bimulus.

Boceburgum, Civitas Megapolæos prope Albim fluvium, in confinio Ducatus Luneburgensis, dicitur etiam Beyzeburgum, a fluviolo Boyzn, qui in Albim sese exonerat. Sax. Chytr. L. n. cap. 40. Boitznuburg. p. ij.

Boristhenes, ortum sumens in Lithuania per medium Russiæ habit, Teutonis die Nezner. Pirckhaim. in descript. Germ. p. 44. Joh. Michaël Beuther, in Animadv. Histor. cap. ii. cum Livoniam a Moscovia disterminare, post in Euxinum portum sese effundere, affirmat. p. 9.

Bosphorus. proprie angustas maris p. 5. 31.

Lit. B.

ris fauces significat. Estq; duplex: Thracius, qui juxta Bizantium est, et Cimmerius, qui in introitu Moeotidis paludis de quo hoc loco. Sic dictus a populis Cimmeriis, qui partem ejus frigidissimam accolunt, teste Plin: Lib. 4. cap. 12. Bertius p. 695. Europam ab Asia eum sejungere asserit.

p. 58. 68. Bryzani sunt Prignitij, quorum Metropolis est Perleberga, Perleberg, uti autor est Chytr. in Saxon. Lib. 11. p. 9.

p. 74. 109. Bucaeum, quod et Bucephalea, Peucinum et Bytzovium, authore Lindenbergio in Chron. Rostoch. L. 1. c. 3. et L. 5. c. 11. urbs est Megapolitanorum, Episcopatu clara, vulgo Bützow.

p. 36. Bucephalea, urbs Indiae est, ab Alexandri M. equo Bucephalo in praelio contra Porum, Indorum Regem vulnerato, ibidemq; tumulato denominata, et ab Alexandro exstructa. Annal. Marescalc. L. 2. c. 11. Diodor. Sicul. et Calvis. in Chronol.

p. 28. Bunitium, communiter Stral. Sundia, Sundium, Sunnonia, urbs Pomeraniae est maritima, et munitissima, teste Apiano et Gemma Frisio. Incolis Stral. sinu oder Sund.

Bu:

LIT. B.

Burci, Silesiorum extremi, Qua- p. 116.
dis proximi versus Vistulam,
Chron. Carion. L. 4. p. 480. Me-
lancht. in Tac. de Germ. mor.

Burgundia Galliæ Celticæ Pro- p. 311.
vincia est, a qua Burgundi et
Burgundiones. Burgundier.
Sed et Plin. L. 4. c. 14. eos inter
genera Germanorum collocat,
quem secuti Phil. Melancht.
et Casp. Peucer. in not. ad Chron.
Car. Burgundos vicinos Teu-
tonum et Suenonum fuisse,
circa Rostochium et Sundi-
um non procul a Rugiis sta-
tuunt. In Historiis appellan-
tur etiam Heruli.

Bute, Urbs Imperialis, quæ p. 55. 56. 63.
nunc Lubeca, teste Marescal-
co, Lib. 2. c. 38. et Lindenb.
in Chron. Rostoch. L. 1. c. 6.

Byzantium, Urbs Thraciæ ad p. 64.
Bosphorum sita. Constanti-
nopol. Magin. in Cl. Ptolom.
p. 168.

C.

Cadonavia Insula Daniæ est. p. 8. 118.
quæ hodie Seelandia, Seeland,
caput ejus est Hafnia, Kopen
Hagen, teste Cluver. Lib. 3.
cap.

Lit. C.

cap. 19. cui adjunge Comment. Marescalci.

p. 128. Caduceator dicitur Legatus, qui pacem petit, a caduceo, quod manu gestabat, Herrholz, Friedbostr.

p. 73. Campus solis, alias Monasterium novum, Neuenklostr.

p. 109. Canicæ, furfures ab antiquis ducebantur, authore Festo, eo, quod canes iis vescerentur. Kleÿ, Hinc frumentum Canicum, Hunde Korn. Marescalc. in Annal. L. 5. c. 4.

p. 93. Cappadocia, Pontica regio est, teste Solino. Euphrates eam ab Armenia Majori dividit. Apianus et Gemma Frisius L. 2. Cosmogr. Ptolomæus, Strabo et alij Asiæ minoris partem esse scribunt, a quibus dissentit Cluver in Introd. ad Geogr. Univers. L. 4. c. 1. ubi eam inter Asiæ majoris regiones collocat.

p. 27. 28. Carentinam et Carentinum urbem esse Rugiorum apparet ex Lib. II. cap. 9. et NN. annal. Marescalci.

p. 30. Caspii, populi Scythiæ ad mare Caspium, teste Pomponio L. 3.

p. 65. 117. Carni, populi Istris finitimi

dis

Lit. C.

vin Kärnthen. Carnus urbs est Pannoniæ superioris, Teutonis, Preßburg, Pirckheim. in descript. Germ. p. 10.

Carnutes et Carnuti, populi Germaniæ sunt inter Danubium et Sylvam Hercyniam in confinio Pannoniæ authore Plinio L. 4. cap. 12. Carnutum regionem totius Galliæ mediam esse, scribit Cæsar de Bell. Gall. Lib. 6. p. 23

Cataphractus, i. e. undique munitus, a κατὰ φράκτω, obsepio, munio. Hinc naves cataphractæ, quas nos constratas et tectas dicimus Kriegsschiffe; Equites cataphracti, qui ferro undique sunt muniti, et equos similiter munitos habent, Küraßierer. Livius. p. 106. 128.

Cattos esse, quos Hessos nuncupamus, vestigia veterum appellationum indicant, Cassella, et Kattnunlubogen. Possiderunt autem Catti Hassiam superiorem seu montanam versus Saxoniam, Buchoniam item et Franco- p. 16.

niam

Lit. C.

niam circa Würtzburgum Comitatum Hennebergensem, cum vicina Thuringiae parte. Chronic. Carion. Lib. 3. p. 250. & Lib. 4. pag. 472. Beuther. in Tacit. de morib. Germ. Kranf. in Saxon. Procem. et Lib. 1. p. 4. Cattos, Saxones es se affirmavit. die Sachsen.

p. 16. Cattuarii, Cattorum pars circa Cassellas, versus Göttingam et Paderbornium, ubi est aditus in Westphaliam, Chron. Car. sup. cit. loc.

p. 89. Caula latine dicitur stabulum, sive ovile. Nonnulli caulam dici putant aulam seu atrium, Varro de Lingv. Lat. L. 4. A veteribus pro quocunque receptaculo accipiebatur. Hinc Lucretius L. 6.

Dispergunt animas per caulas corporis omnes.

p. 19. Celtae. Sunt Helvetii et Boji, considentes inter Hercyniam Sylvam et Rhenum et Moenum, amnes, quos Gallicis gentibus annumerans Tacitus Celtas vocat. Mich. Beuther in Tac. p. 154. Gallos et Germanos omnes in dextra Rheni ripa usque ad Sarmatarum fines diffusos Celtas esse testatur Cui non est contrarium Chronic. Carion.

Lit. C.

Carion. L. 4. p. 470. Quare Petrus Divaeus de antiquit. Gall. bellig. non absq ratione pag. 5. Celtam Galliae partem esse scribit.

Cernuus, est inclinatus, quod quasi ad terram cernat. Niedergebogen. p. 56. 105.

Chalusus dicuntur amnes Travus, et Bagnisus, Luconios h. e. Lubecenses alluentes, teste Marescalco nostro L. 1. c. 4. & L. 2. c. 38. Et Bilibald. Pirscheim: in descript. Germ. p. 20. Chalusum Dravennam vocat, post vero p. 43. Chalusum, Eidorum, Frisios a Dithmarsis dirimentem esse censet. der Eyder. p. 11.

Cherusci, Hercyniae sunt populi, Thuringis proximi, die auff dem Hartz, Ditiones eorum modo tenent Princeps Anhaltinus et Comites Stollbergenses. Mansfeldensis et Schwartzburgensis. Chron. Carion. L. 4. p. 475. Phil. Melancht. in Not. ad Tacit. At veterem Cheruscorum sedem fuisse in Westphalia indicat Tacitus L. 1. Annal. Beutter in eund. et Bertius in Geogr. p. 413. p. 16.

Cilicia, Regio minoris Asiae, Syriae proxima a Cilice nomen sorti: p. 102.

Lit. C.

sortita, vulgo nunc Caramannia, dicitur. Magin. L. 2. in Cl. Ptolom. Cilix, qui Cilicia est. Cilices vero pyratæ fuerunt, quos Cn. Pompejus victos in ditionem accepit, et postea fideli eorum operatt usus est in bellis navalibus adversus Cæsarem. Cæsar. Lib. 3. de bell. Civ. Hinc Lucanus Lib. 3.

Itque Cilix juxta, jam non pyrata carina.

p. 5.7.9. 68. Cimbri, magnam partem littoris ad Cimbricam Chersonesum tenuere, præsertim vero tractum Megalburgensem. Chron. Carion. Lib. 3. p. 229. Hodie Cimbri vocantur Dani, die Dännemärcker teste Bertio, alijsq; autoribus quam plurimis.

p. 47. Cimbrica Chersonesus, est pars Daniæ occidua, quæ tractu longo in Septentrionem ita procurrit, ut in Austrum Italia, continet Ducatum Holsatiæ, Slesvicensem, et Jutiam, Jütland, uti autor est Ptolomæus, Maginus, Pirckheimer, Bertius et alij.

p. 109. Cymbium. κύμβιον, genus poculi oblongum est, et angustum simile navigio, quod κύμβην vocant. Virgil. L. 3. Æneid.

Inferimus tepido spumantia cymbia lacte.

Cim:

Lit. C.

Cimmerij, κιμμέριοι, populi fuerunt a Scythis oriundi, dextram ponti partem habitantes, non procul a Bosphoro, qui a nomine illorum, Cimmerius appellatus est; Aërem eos crassiem et densis exhalationibus nebulosum habuisse, testatur Homer. Odyss. nn. Strabo, Cimmerios juxta Thraciam collocat, Herodotus L. 4. sedes suas ad Araxem fluvium habuisse innuit — p. 5. 6. 8.

Claustrum, ab antiquis dicitur Clostrum, quod idem est, quod Coenobium s. monasterium a vocabulo patrio Aloster. — p. 72.

Cocytia, κοκύτια, sacra erant, quae fiebant in honorem Proserpinae, quam Pluto rapuit, a Cocytio, inferorum fluvio nominata. Aut a Cotyttone, Dea turpitudinis, uti notat Joh. Bond. in Horat. Epod. uel. — p. 106.

Coenognum, quod et Leoburgum, dicitur a Marescaloo Lib. 2. Annal. c. 36. Teutonis Lauenburgi. — p. 11. 59.

Collimitium, coitio limitum, Grentzen, Solin. C. 62. Hoc est colliminium, in quo limes Persius Scythis jungitur. — p. 38

Collij.

Lit. C.

p. 104. Collybus, κόλλυβος, detrimentum est quod capitur ex pecuniæ permutatione, et idem est ac cambium, Wechsell brieff. Cic. 8. in Verrem: Ex omni pecunia, quam aratoribus solvere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant: primum pro spectatione et collybo, deinde pro nescio quo cerario. Hæc omnia Judices, non rerum certarum, sed futurorum improbissimorum sunt vocabula. Hinc Collybista et Collybistes gr. κολλυβίστης, nummularius, qui ex pecuniæ permutatione quæstum facit. Ein Wechsler.

p. 25. 47. 49. Colonia antiqua Cheronesi, vulgo Aldenburgum. olim Episcopatus, nunc Comitatus est. Oldenburg.

p. 57. 62. Colonia Luconiorum magna est Lubeca, teste Marescalco. in Annal. L. 2. c. 38. Lindenberg in Chron. Rostock. L. 1. c. 6.

p. 83. Contribulis, idem est quod tribulis, seu qui ex eadem est tribu. Ein Zunfft bruder.

p. 53. Contus, Sudes est et hasta longior, Virgil. Æneid. 9.

— — — — Telorum effundere contra
Omne genus Teucri, ac duris detrudere contis.

Lit. C.

Coraco, Cracovium, civitatula Megapolitana, duobus distans Gustrovio milliaribus, incolis Krakow. Lindeb. Chron. Rostoch. p. 79.

Corvea, Corbeja, coenobium in Saxonia ad Visurgim fluvium in Dioecesi Paderbornensi. Erexit illud Ludovicus Imperator, translato nomine ex Gallio, hodieq; extat Corbeja Franciae, non longe ab urbe Ambianensi, ad ripam fluminis Somnae. Kranz. in Metropol. Lib. 11. c. 24. Ex hoc coenobio D. Vitum, idolum, monachi in Rugiam transtulêrê. Idem Krantz. L. 3. c. 1. p. 26.

Costobanos, eosdem esse conjecturari licet cum Cystobocis, de quibus Marescalcus in Comment. p. 16.

Cuneus instrumentum est, aut ferreum aut ligneum, quo ligna finduntur. Sumitur etiam nonnunquam pro peditum multitudine, in formam cunei redactâ, quae in aciem dispositâ, primo angustior, deinlatior procedit, et hostium aciem rumpit, teste Flavio Vegetio, Tacito, Floro aliisq; auto. p. 70.

LIT. C.

autoribus fide dignis.

p. 67. Custinum pagus haud ita procul distans Rostochio, dicitur etiam Kissinum, Kinßira. Marescali. in annal.

D.

p. 15. 31. Dalmatia regnum est peculiare attingens Macedoniam et Illyriam. Alii et quidem recentiores Illyridis partem esse affirmant. Maginus, Honterus, Bertius, Cluverus. Incolae ejus armis et opibus olim fuere potentes. Croatis sunt finitimi. Bel. in descr. Illyrid. p. 477.

p. 102. Damascus, caput Syriae, urbs nobilissima, teste Plinio Lib. 35. c. 13. Pomponio Mela, Lib. 1. Strabone L. 16

p. 56. Debrius, idem est quod Ebrius, a verbo debrior, quod est ebrior. Num quid unus, qui debriatur, et turpis videtur.

p. 28. 65. Deminum, urbs Pomeraniae anterioris in confinio Megapolis, arce pervetusta munita et clara. Teutonis. Demmin. Saxon. Chytr. Lib. 1. c. 4.

p. 48. Depeculor quod a peculatus est Rempublicam furor et compilo, cujus divitiae olim, ut privatorum in pecudibus constabant.

p. 26. Derasuli, dicuntur Monachi, qui verticem habent abrosum, et crines detonsos.

Dia.

Lit. D.

Diæta, locus est in domo, ubi per otium versamur, et dicta diæta est, habitatio voluptatis causa. Alii exponunt domunculam fructuum causa, et ita prædium rusticum. ut Arct. Bald. Rayn. Alii domunculam etiam in urbe, ut Imola et Alexander. Alii habitationem Patrisfamilias, in quâ die is habitat. L. 43. §. 1. de Legat. 1. et ibi gloss. Veteres autem Diætas in hortis habuerunt, uti constat ex d. L. 43. et L. 66. de Legat. 1. et L. 40. de Legat. 3. a quibus non dissentit Plinius. 2. Epist. ad Cassium. Germanice, Lauberhütten oder Eßstuben. p. 56.

Digulones, sunt Holsati, teste Marescalco in Comment. in voce Cimbrica Cheronesus, die Hollsteiner. p. 106.

Diplomata, literæ sunt Principum obsignatæ, quas vulgo Patentes sive Bullas nuncupamus, et dabantur tum aliis, tum plerumque cursoribus, ut liceret eis uti equis et vehiculis publicis. L. 27. §. ult. ff. ad Leg. Corn. de Fals. L. 137. §. 2. ff. de Verbor. oblig. et p. 102.

L. A. D.

et Cicero, ad Baldum: Diploma statim non est datum. Loquitur de literis Caesaris, quibus Baldus restituebatur. Teutonis: Freyheits oder Gnaden: brieffe, item Pass: brieffe, Passbordt.

p. 59. 72. Dis, ditis, olim divitiarum Deus; creditur enim Deus inferorum, quod divitiae ex intimis terrae visceribus effodiantur. Graecis dicitur Πλουτων.

p. 15. 53. 57. 107. Dispalare est separare, cujus simplex est palare, quod vide suo loco.

p. nn. 13. Domicium, urbs Megapolensium, ad littus Albis sita, castelloq contra invasores Ducatus sat firmo munita et clara, incolis Dömitz. Saxon. Chybr. L. 1. p. 40.

p. 34. Dorcas, adis, dama vel caprea. Martial. Lib. 13.
Delicium parva donabis dorcada nato.

p. 56. 59. Doryphorus, δορυφορος, satelles qui gestans lanceam corpus Principis tuetur. Erabaud Teutonis. Cic. in Bruto. et Curt. L. no.

p. 70. Dromas, adis, Cameli species est, a velocitate cursus nomen habens. Liv. L. 7. bell. Maced. Dromones v. teste Plinio L. 33. c. nn. genus est piscium. Vocantur etiam Dromones navegia celeberrima. L. 2. C. de

Lit. D.

de offic. prætor. Afric. Latini appellant Celoces, ut est Nonius, Apulejus, Plautus et alii. Germani, Jagdten, oder Jagd-Schiffe, item, Wette Läufer.

E.

Eltæna, arx et coenobium est Pomeraniæ, in maris littore, e regione Insulæ Rugiæ. Teutonis Eltenow. Est et in Megapoli pagus, haud ita procul Domitio, ad fluvium Eltenam, die Elde, qui vulgo nuncupatur Eldena, uti apparet hoc ipsum ex tabb. Geogr. Laurenb. p. 13. 78. 81.

Ἔνναλος, ȣ, novenarius, Hinc ἔνναλος μὴν, November, Plutarch. τὰ ἔνναλα, novendiale sacrificium, in quo parentabant. p. 2.

Erdenopolis, urbs Ducatus Lauenburgensis ad ripam fluminis Albis sita: patet modo Ducibus inferioris Saxoniæ. Saxon. Cytr. L. 11. Teutonis Ertleuburgk, vel Attleuburgk. Joh. Petersen. Part. 11. pag. 34. Chron. Holsat. p. 59.

Euxinus Pontus, mare illud est, quod incipit a Bosphoro Thracico, vergitque in Orientem et Septentrionem. Olim dictus est Axenus, Græcis ἄξενος, quod est inhospitalis. Ovid. Lib. 4. Trist. Eleg. 4. p. 98.

Trigi.

Lit. E.

Frigida me cohibent Euxini
littora Ponti,
Dictus ab antiquis Axenus
ille fuit.

p. 21. Exautorare, est autoratum et juramento adstrictum, vel honeste, vel ignominiose dimittere, ac suo arbitrio reddere. Sic milites exautorati h. e. dimissi. Ulpian. in L. 2. §. ignomin. causa. 2. ff. de his, qui not. inf.

p. 27. Exerto, frequent. ab exero, quod est producere, extrahere emittere.

F.

p. 59. Faldera, Insula Daniæ, Germaniæ proxima, caput ejus seu Metropolis est Neapolis, Nicöpen. A Ptolomeo dicitur Falstera, vulgo Falster. teste Magino Lib. 2. in not. ad Ptolom.

p. 102. 103. Famulitium, idem est, quod famulatus, seu servitus, nonnunquam pro servorum copia accipitur, si fides est penes Varronem et Macrobium.

p. 30. 38. Fennos Ptolomæus Guthonibus versus meridiem vicinos statuit, ita ut Masoviæ aliquam et aliquam Borussiæ partem ad Vistulam tenuisse, conjecturari liceat. Communiter Culmer-Land, uti hodie dicitur. Mich. Beuth. in Tac. de mor. Germ. p. 206. et 210.

Franci.

LIT. F.

Franci, interjecti sunt inter Suevos, Noricos et Sylvam Thuringicam, Teutonis, die Franken. Cum autem nomen Francus descendat in germanico vocabulo frey, hinc incolæ nomen sortiti, die freyen Franken. Chron. Carion. L. 3. p. 285. Beuth. in animadv. Historic. cap. 7. p. 102. Caput Franconiæ est Herbipolis, Würtzburg, sede Episcopali et arce munitâ inter primas præclara, et Bamberga, urbs itidem Episcopali dignitate celebris; quæ Germaniæ centrum esse creditur, uti tradit Cluver. in Introd. ad Geogr. Lib. 3. cap. 10. p. 18.

G.

Ganeatum convivium, dicitur lautum, adipatum, saliare et splendidum. p. 56.

Gelasina. authore nostro Lib. 5. c. 3. arx quondam fuit munitissima in collimitio Claustri Novi, Neunkloster, quam Henricus Leo, Dux Megapolitanus, Henrici Hierosolymitani filius, absente et captivo Patre a Sultano Ægyptiaco, ob latrunculos quosdam quos captos postea cruci affixit, arcemq; solo æquavit. Calovius in p. 104.

Lit. G.

in Chronic. Duc. Megapolensium arcem hanc ad lacum Suerinensem sitam fuisse et expugnata arce ab Henrico duo et quadraginta autho-res rebellionis e Meshöpingiorum familia strangulatos esse scribit.

p. 18 Geloni, teste Herodoto L. 4. p. 114. quondam Graeci fuerunt, sed summoti inter Budinos habitaverunt lingua partim Scythicâ, partim Graeca utentes. Hodie sunt Tartari, gens atrox, ferox, fortis et immanis.

p. 12. Gesonis, Ptolomaeo γηβυρὸς, civitatula Falderae, insulae regni Daniae, unde in proximum Germaniae littus et Rostochiensem portum septem saltem milliarium trajectus est. Chytr. in Saxon. Lib. 4. p. 105 vocat eam Giedzoram, Geister oder Geisor.

p. 69. Grabbatus, κράββατος, lectus exiguus, in quo meridiari solent. Hinc diminutivum grabbatulum, teutonice ein Faul- oder Lotter-Bette, item eius Scuste, Martial. Lib. 11.

Sed si nec focus est, nudi nec sponsa grabati.

p. 117. Grimma, civitas Pomeranorum, cum arce pervetustâ, ab exitu Caesareano nunc plane in cineres fere redacta: incolis Grimme.

Gua-

Lit. G.

Guarinum, arx Principum Megapolensium, duobus Butzovio distans milliaribus, vulgo Qwarin. Chron. Rost. Lindeb. p. 109.

Gurgustium, domus angusta, tugoriolum, teste Cicerone. p. 70.

Guthones, qui et Gythones, si Tacito fides est habenda, populi sunt ulteriorem Pomeraniam et Borussiam incolentes, vulgo dicuntur Dantisci. p. 30.

H.

Helsiburgum, quod Ptolomaeo et Magino Hilsimburgum, oppidulum est Scandinaviae cum arce vetusta, ad sinum Codani seu Fretum Sundae, der Sund. E regione habet Helsingoram, Helsingnoer, cum regia arce et castello Croneburgo, Kronenburg, quod firmissimum est praesidium extremae orae insulae Zeelandiae. Bertius in descript. Daniae et Maginus in Geogr. Ptolom. lib. 2. p. 119.

Herciscere est dividere. Hinc judicium familiae herciscundae, i. e. rei familiaris dividundae uti apparet ex L. 2. ff. de fam. hercisc. Intelligitur etiam nonnunquam per Judicium familiae herciscundae actio familiae her. p. 119.

Lit. H.

herciscundae, uti notat Borchol ad §. 20. Inst. de action.

p. 16. 41. 113. Hermunduri, populi sunt, qui in aditu Bohemiae regionem tenuere, quae nunc Misnia et Voitlandia, vulgo Varisci, a Voitland dicitur, ut autor est Strabo, Tacitus, Julius Capitolinus et Chron. Carion. p. 479.

p. 12. Herula, arx et oppidum, duorum milliarium intervallo ab urbe, Rostochio ad Varnam fluvium, juxta pagum Eßirck, et oppidulum Sivam, Schwaan, situm et munitione et loci commoditate firmissimum. a Nicoloti, Obotritarum Reges XXXIX. a latronibus per insidias trajecti, filiis, Pribislao et Wertislao, incendio absumtum. Lindeberg, Chron. Rostock. L. 1. c. 8. Marescalc. in Annal. L. 3. c. 39.

p. 86. Hippona, quae et Hippo, urbs Africae, clara Episcopatu D. Augustini. Plin. L. 5. c. 4.

p. 85. Hispalis, Metropolis Hispaniae Boëticae, ad ripam Boëtis, haud procul a freto Gaditano. Hispanis nunc Sevilla, vulgo Sevigliz, Bert. p. 176. Pirckheim. in deser. veter. Germ.

p. 33. Hydrostasium, ὑδροστάσιον, palus parva, Kleiner See.

p. 50. Hypogea, orum, graecis ὑπόγεια, subterranea loca sunt, teste Josepho et Hegesippo. Appellantur et hypogea cellae vinariae, promtuaria. Budaeus.

Hym.

L. A. H.

Hymber. idem quod imber, ein Schlag. oder Platzregen. p. 64.

Hunni populi olim fuerunt Scythiæ Europææ. Nunc Pannoniam incolunt, paucis mutatis literis Hungari vocantur, Ungern. Hieron. ad Oceanum, Chron. Carion L. 3. c. 1. p. 9. 20. 44.

I.

Iatros, ἰατρος, medicus, chyrurgus. hinc Archiatros, et Archiater, Princeps Medicorum, quo nomine Æsculapius insignitur apud Plinium L. 29. c. 1. p. 78. 125.

Indidem, ab inde et idem, h. e. ex eodem loco, Cic. in Orator. L. 3 et Plaut. in Cistell. act. 1. Scen. 1. Indidem unde oritur, facito, ut facias, stultitiam sepelibilem. p. 14. 51.

Indigetes, Dii ex hominibus facti. Hinc verbum indigito, Deos ex hominibus facio. p.

Ister, fluvius Europæ maximus, communiter appellatur Danubius, die Donaw. Beuth. in Animadv. Hist. p. 42. p. 31. 211.

Iugis, e, assiduus, continuus, quasi semper jugi affixus, Cicer. de Divinat. Qui quum vidisset exhaustam aquam de jugi puteo, terræ motus dixit distare. p.

Iulinum emporium olim Vandalorum, Pomeranorum celeberrimum, oppidum totius Europæam, p. 30.

LIA. L.

amplissimum, perpetuis bellis jam pene devastatum. Saxon. Chytr. l. 1. p. 10. Bert. in Geogr. Sita vero urbs hæc fuit in Insula, quam ab ea hodie appellant das Wollinische Werder. Chytr. d. l.

L.

p. 125. Lamina, bractea est crassior, ex qua armatura conficitur, et quâ incisa olim homines et facinorosi torquebantur. Gellius Lib. IV. cap. 57.

p. 58. 64. Lararium, sacrarium domesticum, in quo lares et Dii domestici colebantur, uti Lampridius de Severo scripsit: Quod solitus fuerit rem divinam facere, in larario ad effigies Deorum, inter quos imaginem habuit Abrahami, Christi, Ciceronis, Virgilij et aliorum.

p. 59. Leoburgum, Civitas in ripa Albis, quæ paret Ducibus Inferioris Saxoniæ, s. Lauenburgensibus, Teutonis, Lauenburgk, Chytr. Saxon. L. 2. p. 62.

p. 97. Liburnia, quænam dicta fuerit e Historicorum et Geographorum libris certi nil constat. Plerique tamen supra intimum Adriatici maris recessum, inter Dalmatiam et Sclavoniam eam sitam esse statuunt. Lafius, teste Bertio in Geogr. p. 477. illam Crabacem, alij Croatiam, unde milites his regionibus haud ignoti quos commu-

communiter Croatos, Crobatos, appellamus, oriundi, vulgus comitatum jadere seu contada dicta vocab. Bert. c. l. & p. 481.

Ligij, vel ut alij Lygij, dicti fuere partim Silesij citeriores, intra Viadrum & Bohemicos montes, quorum Metropolis Uratislavia, Vrßlaw, & post hanc Lignenßium oppidum, Liegnitz, alludens ad Ligiorum nomen, partim ultra Oderam Poloni; ubi Gnesna urbs & Posnania, Henetorum Borßinorum capud. Chronic. Canon. Lib. 4. p. 480. Phil. Melancht. in Tacit. de mor. Germ. Lygios Lvadis vicinos, haud procul a Pannoniis abfuisse testatur, quam suam assertionem stabilit ex Tacito, qui dicit: Profecto Pannonia mandatum est, ut contraheret exercitus ad arcendos Lygios. p. 102. 119.

Lingones sunt Florentini, teste Marescalco, in Comment. sub voce Vesulus. p. 13.

Litsostrota, olim pavimenta fuerunt, quæ ex minutis lapillis sternebantur, colorum diversitate rerum quam libet imaginem exprimente. Mantissa. nem conum facit Plin. Lib. 36. cap. 25. p. 64.

Lues Lichnica, λειχὴν, genus morbi est, faciem præcipue infestans p. 126.

Lit. L.

festans, Latini Mentagram appellant. Irrepsit primum in Italia, Tiberij Principatu, antea universæ propemodum Europæ incognitus fuit. Plin. L. 26. c. 1.

p. 70. 72. Lunæ urbs. Videtur mihi per Lunam authorem nostrum intelligere Lunæburgum. Facit enim hic etiam mentionem montis Calcarij, qui ibidem est, et coenobij D. Michaëli sacri. Aut etiam per Lunam intelligit coenobium, quod vulgo dicitur Lüne, haud procul Lunæburgo.

M.

p. 49. Mactus, ab adverbio magis, et nomine auctus; Solus vocativus utriusque numeri ab hoc nomine saltem in usu est. ut macte, macti, quibus utimur, quum aliquem ob rem bene coeptam laudamus, et ad perficiendum adhortamur.

p. 67. 82. Malacha. Teutonis Malchow, oppidulum est Megapoleos ad lacum Myrsam, teste Chytræo in Saxon. L. 11. modo coenobio Vestalium non incelebre.

p. 58. 118. Manubiæ, prædæ sunt ab hostibus capta.

p. 16. 46. 58. Marcomanni olim fuere Bojemi et Moravi, die Mährer. Strabo L. 7. Ortelius in descript. German. Chron. Carion. L. 3. p. 228. 261. Hos Iulius Cæsar cum Ariovisto, Germanorum Rege, superavit. Cæs. de Bell. Gall. Lib. 1. Ptolomæus Marcomannos ad

Lit. M.

ad Gabretam Sylvam, nunc Bohemorum dictam, ultraq; Danubium et e regione Pannoniæ superioris collocat. Mich: Beuth. animadv. Hist. cap. 6. Hodie dicuntur Marchitæ, vis Märcker. Chron. Carion.

Marisia, fluvius exonerat sese in Danubium, teste authore nostro Lib. 2. cap. 12. p. 41.

Mattiacos esse Seelandos nonnulli Geographorum asserunt, hancq; suam assertionem stabilire conantur authoritate Taciti de morib. German. Verum accuratius inspicienti istum Taciti locum, quæque præterea idem L. 1. Annal. scribit, facile apparet, Mattiacos esse in Germania, ubi etiam eosdem locat Ptolom. L. 2. c. 11. et Plin. L. 31. c. 2. Sunt, inquit, Mattiaci in Germania fontes calidi trans Rhenum, quorum haustus triduo fervet. p. 33. 64. 68.

Medioximus, i. e. mediocris seu medius. Hinc Dii medioximi dicuntur, qui sunt mediæ potestatis. Plaut. in Cistell. at ita me Dii, Deæque, superi et inferi, et medioximi. Et idem. Medioximam, quam vocant, uxorem, ex ea nata est hæc virgo. p. 65. 14.

Megapolis, quæ nonnullis etiam Magnopolis, quod magna civitas, urbs duo pæne millia passuum, Teuto. p. 12. 38.

Lit. M.

Teutonicorum complectens in longitudine, tribus arcibus insignis in utroque termino, et in medio principum habitationi firmatis. equa post deleta exata est Vismaria. Quißmar. Alb. Kranf. in Metrop. L. 6. c. 25.

p. 102. Memphis, urbs Aegypti regia, pyramidibus regum sepulchris, imprimis insignis, dicitur nunc Alcairum.

p. 33. Moena, graecis, Μοινὶς, ίδος, et Μαινίδιον, autore Aristotele, piscis est marinus, qui alias Halex, Halecula, seu Halec.

p. 5. 7. 8. 94. Maeotis. palus Scythica juxta ostium Phasidis, Tanaim aliaque perplurima recipiens flumina, piscibus valde abundat. Plin. Lib. 4. Geogr. Bert. p. 695. vulgo dicitur das Pfützmeer.

p. 69. Metoecus, μέτοικος, qui de una civitate in aliam migrat, habitandi animo, latine dici potest advena, seu Inquilinus. Pomponius in L. pupillus. 239. ff. de Verb. Signif. appellat eum Paroecum, πάροικον, Göddeus de Verb. Sign. nin Ankömmling oder Fremdling.

p. 49. 54. Metropolis. eorum fuit Lysa, quam Ptolomaeus et Antonius vocat Tarvanam, Ταρουάννα, urbs Patrum memoria florentissima, et sedes Episcopalis, quae post arctissimam obsidionem ab Imperatore Carolo

Lit. M.

Carolo V. victa, et solo aequata S. Georg. Berl. in Descript. Comitat. Artesiae. p. 272. Petrus Divaeus de antiquitate Gall. Belgicae p. 36. Morinos ad Oceanum Gallicum collocat. Kuenarius de Gall. Belg. p. 19. Morinos Flandros esse asse: rit.

Monasterium novum. coenobium olim in Ducatu hoc Megapolen. si haud incelebre, duobus Vistu. ria constans milliaribus: Praefe. ctura est modo Principum Mega. polensium, non postrema, proprio vocabulo dicitur Nouum Kloster, ante teste autore nostro Mare. Scalco dictum fuit Campus Solis. p. 73.

Mons Stellarum, civitas in medi tullio fere Megapolcos sita, et satis clara, tum ob judicium Provinciale, quod ibi habetur, tum ob sacrum a Judaeis perpetra. tum, qui hostiam sacratam a sacrificulo emtam, aculeis subulisque confoderunt, e qua sanguis manasse scribitur. Incolis Stromberg, quasi di. cas ex Stromen berg. Lindeb. Chron Rostock. L. 5. c. 2. p. 13. 113. 126.

Morini, populi olim antiquissimi, sedes sicas habuere, inter Belgas, ad p. 33. 64. 67.

Lit. M.

ad Oceanum Britannicum, Maginus in not. ad Ptolom. p. 67. pertinebantq; ad Comitatum Artesiae.

p. 107. Moros, μωρὸς, stultus. Plautus in Triclinar.
Amor mores hominum moros et morosos efficit.

p. 13. Myrsa, lacus in Megapoli est piscolentus, ex quo Eltena, die Elde, ortum trahit. Incolis dicitur die Müritz.

N.

p. Nazo, Comitatus est Germaniae antiquus et celebris, communiter dicitur Nassovia, die Grafen von Nassow. Familia Nassovica virtute bellica et fortitudine ab aliquot annis satis clara. Bert. in Geogr. Krantz. Saxon. Lib. 8. c. 39.

Nepotor, luxuriose et prodige vivo. authore Senec. de Benef. L. 5. c. 15. Hinc Nepotatus voracitas,
p. 123. et vitae luxuries, quae Graecis ἄβω. ἰαι. Unde Nepotinus, a, um, Suet. in Calig. Nepotinis sumtibus omnium prodigorum ingenia superavit.

p. 127. Novium. metropolis Galleciae in Hispania, vulgo nunc Compostella Compostell.

O.

p. 33. Orcades insulae sunt minus triginta, interfuso oceano discretae a Septen-

Lit. O.

septentrione Scotiæ jacent, nunc Orcanij seu Orcknij vocatæ. Hodie parent Regi Scotorum. Dignum autem est memoria, nullum in iis reperiri serpentem, aut animal quoddam venenosum, quod ipsum authoritate perquam plurimorum Geographorum et Historicorum probatur.

Orcellus, sive Ortella, fluvius Marcomannorum est, qui prope Havelbergam in Albim sese exonerat. Teuton. Die Havell. Ortelij Tab. Germ. Pirckheim. Descript. Germ. p. 58.

Orpatianæ dictæ sunt a Scythis Amazones, teste authore nostro. Sed Æorpatæ illas appellatas esse, quasi Viricidas tradit Herodotus. Æor enim Lingua Scythica virum, et pata occidere sonat. Herodot. L. 4. n. 114. p. 93.

Orphanotrophium, Græcis ὀρφανοτροφεῖον, locus alendis pupillis et orphanis destinatus. Teutonis: ein Waysenhauß. p. 25.

P.

Palus, ūdis, insula in Oceano, e regione urbis Wisimariæ, incolis Pöher, Lindeberg. Chron. Rostoch. L. 1. c. 3. p. 11.

Parchunum, quod et Alistus, hoc nostro authore et Lindebergio, itemq Ptolo. p. 74. 80.

Lit. P.

Ptolomaeo, Civitas Megapolensium est ad fluvium Eltenam, vulgo Parchimb.

p. 25. Parentes Silicernii et Acherontii, sunt senes et decrepiti, digni, ut iis silicernium fiat, betagte Leute, so auff der Gruben gehen. Ter. in Adelph. Silicernium enim convivium est lugubre, quod senibus demortuis habetur inter amicos et consvanguineos, teste Varrone.

Peculatus, furtum est pecuniae publicae et fiscalis. SS. Item Lex Julia 9. Instit. de Judic. publ. Peculatus autem nomen habet aut a pecunia secundum Isidorum, L. 5. orig. tit. de criminib. in lege constitutis, aut a pecore secundum Sext. Fest.

p. 48. C. 4. et 14. Hinc de peculor, Rem. publicam compilo.

p. 74. 99. Pelta scutum est exiguum et brevissimum, lunae crescentis seu semiplenae formam referens, quo genere Amazones praecipue usae sunt. Virgil. Aneid. 1.

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.

Penthemium, Comitatus Westphaliae nobilis est et antiquus, qui a Chytraeo in Saxon. Lib. 25. p. 711. et Cluvero in Introduct. Geograph. Lib. 3. c. 15. appellatur Beuthen seu Beuthnimb.

p. 74. Peucinum, quod et Bucephaleum ad Varnae et Nebulae confluentem oppidulum, sedes Episcopae Suennen.

Lit. P.

Suerinensis, vulgo nuno Butzori-
um. Bützow. Saxon. Chytr. Lib. 11.
Lindeb. Chron. Ros. Lib. 5. c. 11.

Peucinos eosdem esse, quos alias nuncupamus Bastarnos, Düßern a Marescalco in Commentario dictos, probatur authoritate Strabonis Lib. 7. Taciti de morib. German: Beutheri in Not. adeund. Cl. Ptolomaeus autem Bastarnos et Peucinos supra Daciam collocat, a quo non dissentit Plutarchus et Plinius, qui Dacis eos facit conterminos. Bert. in Geogr. Transylvanis eos annumerat. Teutonis Siebenbürgen, die Siebenbürger. Varias de Peucinis autorum opiniones, cui lubet, e Beutheri Comment. in Tacit. petere potest. p. 16. 19. 30.

Pharadini, populi inter Oceanum Cimbricum et Albim fluvium; Ptolomaeus Lib. 2. c. 11. et Marescalcus noster Lib. 2. c. 11. Pirckheimer in descript. German. p. 20. Pharadinos ad flumen Suevum, die Sprehe, habitare affirmat, quorum civitates sunt Lacibur-gium, Alisus, Neü Brandenburg. Cui non contradicit Ortel. in descript. German. p. 11. 37.

Philotheorus, Φιλοθεώρος, spectandi cupidus, speculationi deditus, Germ. ein Spintisierer. p. 107.

Lit. P.

rer. Cic. Trebatio L. 7. Ep. 16. ad famil. Deinde qui in Britannia non nimis te Philotheorum praebuisti, plane non reprehendo.

p. 87. Phthiriasis, Φθειρίασις, morbus pedicularis, die Läuse Sucht.

p. 104. Pilentum genus vehiculi, quo matronae ferebantur, ein Hangender Wagen.

p. 55. 59. Plöna civitas Holsatiae Wagriae haud procul Segebriga, Ungebracht, ad locum Plönensem, incolis Plönn.

Propontis totum illud mare dicitur, quod ab Hellesponti angustiis ad Thracicum usq. Bosphorum extenditur, hodie nuncupatur mare de S. Georgio, uti tradit Ptolomaeus et Strabo L. 7. Insulae Propontidis sunt teste Bertio Marmora et Calomino.

p. 2. Pseustes, Ψεύστης, mendax, nebulo.

p. 2. Pullatus, qui pulla veste est indutus et vestem lugubrem ex parentum morte fert, qui et atratus.

p. 85 Pyrenaei montes dirimunt Galliam ab Hispania, in finibus Vasconum et Cantabrorum, die Biscayer und Navarrer. Ptolomaeus, Strabo, Maginus, Mela, Bertius, Cluverius, aliique innumeri.

Qua:

Lit. Q.

Q.

Qvados licet Lindeberg in Chron. Rostoch. L. 2. c. 6. populum circa Halberstadium et Magdeburgum fuisse tradat: magis mihi tamen arridet opinio eorum, qui Qvados incoluisse autumant inter Lygios et Marcomannos, inferiorem Silesiam ubi sunt Episcopatus Nissensis et Ducatus Opoliensis, et citeriorem Moraviam, bonamque Poloniae partem, versus Cracoviam. Chron. Carion. L. 3. et 4. p. m. 261. et 480. Teutonis Marckfelder. p. 16. 20.

Qvadropolis, urbs antiqua et decus olim primorum in Saxonia Principum, nec incelebris ob magnificum monasterium virginum. Dicitur alias Qvedlinburga, incolis Qvedlinburg. Chytr. Saxon. Lib. 15. p. 388. Kranf. Sax. L. 3. c. 12. et L. 12. c. 16. p. 82.

Qvinqvertium idem est quod πένθαλλον, utroque nomine deducto a quinque artium seu certaminum generibus, quibus in sacris Graeciae certaminibus congrediebantur. ii, quos a professione Graeci πενθάλλους, Latini Qvinqvertiones appellabant. Qvinqvertio quovis quinque certaminum victor evasit, nimirum luctu, pugillatu, cursu, saltu, disco. Qvibus omnibus si quis vicisset, Pancratiastes dicebatur. p. 107.

Rani

Lit. R.

R.

p. 57. 116. Rani, sunt Rugiani. Mons Ranorum locus est in agris Luconiorum, in quo Rugiani ab Henrico XXXIV Herulorum et Vandalorum Rege victi, coesi, et tumulati. Annal. Herulor. Lib. 2. cap. 34. ab Henning. in Theatr. Geneal. dicitur Rabenberg, Ranibrg.

p. 28. Regnitius, apud Chytraeum in Saxon. Lib. II. p. 40 Rexenisa, et communiter Recniza dicitur, fluvius in Megapoli ex lacu emanans, Lagam, Tessinum, Salinas, Marloviam praeterit, Pomeraniam a Megapoli disjungit, tandemque ad Damgardium lacum efficit, qui ad pagum coenobii Ribnizensis Evustrow angusto veluti Isthmo a mari Balthico secernitur. Chytr. Chron. rer. memorabil. Sax. p. 145.

p. 114. Renis, quae et Rhena, civitatula est Ducatus Megapolensis, cum arce pervetusta, olim sedes Megapolitanorum Principum, in colis Rhenae. Chron. Lindeberg. Lib. 1. cap. 3.

p. 49. 117. Retaliatio, nomen verbale a talione deductum, quae est aequalis retributio, idque in malam partem. Hinc Gellius formavit retaliare quod est hominem talione repercutere. Unde et Retaliatio.

p. 94. Rha, fluvius Sarmatiae, quem alio nomine vocari Volga, vel Volha testantur Ptolomaeus Lib. 5. cap. 9. et Pirscheim. p. 40. Indi.

Lit. R.

Indigenæ appellant eum Ebil, quemadmodum noster Marescalcus Lib. 4. cap. 4. in fin. Cui adstipulatur Maginus in not. ad Ptolom. p. 224.

Rhæta, urbs, ubinam fuerit, non satis explicat antiquitas. Crant. in Metrop. Lib. 4. c. 43. in terra Stargardiensi ad locum profundissimum et piscosum sitam fuisse arbitratur, in eo loco, ubi nunc Rebellio, Röbell, Lindeb. Chron. Rostoch. L. 1. c. 8. Sed Mareschalc. in Annal. L. 2. c. . illam prope Malachinum, Malchin, collocat, et a Nicoloto NN. Obotritarum Rege XXXIX, cum rebellaret, aratro æquatam asserit. p. 14. 25. 49. 65.

Rhætia, regio est inter Danubium, Rhenum et Lycam, conterminata versus meridiem Alpibus, ut autor est Strabo Lib. 7. Estque duplex. Superior s. prima, cujus incolæ vocantur Grisones, teste Ptolomæo et Magino, die Graupündter, hodie dicitur Sicevia, das Allgow, Frisius et Apianus in Cosmograph. p. 94. Inferior seu secunda, quam hodie tenent Bojorii, das Bayerland, inter Oenum, Lycam et Danubium, comprehensa. Corn. Tacitus de morib. German. Mich. Beuther in not. ad eund. pag. 4. et 6. Chron. Canon. Lib. 3.

Ribni:

Lit. R.

p. 109. Ribnitzium, coenobium virginum, nobilium cum oppidulo haud procul a Recnifa fluvio situm. Fundavit illud primum Henricus Leo, Dux Megapolitanus, Henrici Hierosolymitani filius, Johannis Theologi nepos. Chytr. in Chron. rer. memor. Saxon. p. 145.

p. 16. 52. Roxolani, qui et Ruthenij Ptolomaeo sunt Russi et Mosci, seu Moscobitae, die Moschobiter, und Russen, de quibus consule Marescalc. Comment. et Chronic. Canon. L. 4.

p. 101. 78. 91. Rupini, seu Rupinenses, populi sunt Marcomannorum, die von Rüzien, Autor est Marescalc. in Comment. in voce Lingones.

S.

p. 79. 125. Sabbatharij dicti sunt Judaei, quod Sabbathum superstitiose colerent. Sueton. & Martial.

p. 76. Sala rugiorum, quaenam sit e Tabulis Geographicis nondum satis apparet, nedum a Cosmographistis expressum reperitur: conjecturari autem licet, autorem nostrum per Salam Rugiorum intellexisse vicum Rugiorum, qui incolis dicitur Sültzitz.

p. 18. 28. Salij sunt Salacij seu Francones, die Franken teutonice, teste Ammiano Marcello. Dicuntur etiam Salingi, et Saligni a Sala, die Saale. Chron. Canon. Lib. 3. p. 286. et Lib. 4. p. 653. Mich. Beuth. in anim. Hist. c. 11.

Sa:

Lit. S.

Satrapa et Satrapes, pæ, dictio Persica est, significans, Præfectum Provinciæ, Stadt Voigt, Voigt, Statthalter. Terent. in Heautontim. Satrapes si fiat amator, nunquam sufferre ejus sumtus queat. Herodotus, regnum Persicum in viginti Satrapias a Dario divisum fuisse, scribit. p. 35. 103.

Sauromatæ sunt Sarmatæ, vis Pohlen. p. 97. 16.

Scandiavia, insula Daniæ, modo appellata Scandia, Schonen, Geograph. Bert. p. 425. Dicitur alias etiam Scandinavia, et dividitur in partes tres, ut sunt Hallaud, Schonen, und Blekingen. Cluverus in Introd. ad Geogr. Lib. 3. c. 19. p. 5. 7. 39. 84. 117.

Scaldis, fluvius in confinio Germaniæ et Galliæ Belgicæ. Plin. Lib. 4. c. 13 et 17. p. 12.

Scythia, regio Septentrionalis est latissima, in duas partes divisa; Europæam scilicet, et Asiaticam. Europæa a Tanais ripâ, per Moeotidis et Pontus Euxini littora usq ad Istri ostia expanditur. Asiatica a militibus oppositorum littorum, in Orientem procurrit, Oceano a Septentrione, a meridie Tauro terminata. Incolæ ejus modo appellantur Sarmatæ, teste Apiano et Gemma Frisio in Cosmograph. p. 99. p. 97. 5.

Slavus.

Lit. S.

p. 5. 30. Sclavus communi opinione Geographorum est Polonus. Sclavi et Sclavoni quinam fuerint dicti, et quanto inter se distent, apparet ex singulari capite 112. Lib. 1. nostri autoris.

p. 60 Segobria, quæ et Segeberga, urbs est in Wagria Holsatiæ regione, quatuor distans Lubecâ milliaribus, arx olim fuit ibidem firmissima in monte, qui dicebatur Mons victoriæ, quod est lingua nostra Segnberg oder Singberg Cranf. in Metrop. Lib. 6. c. 15. Bertius in Geograph. p. 425. Andr. Angel. in Chron. Hols. Part. 2. cap. 17.

p. 30. Seres populi sunt Scythiæ Asiaticæ, a Sera urbe sic dicti, autore Cluvero L. 5. apud quos arbores sunt, qui non solum folia, sed et lanam proferunt tenuissimam, ex qua vestimenta post conficiuntur, quæ Serica nuncupantur. teste Amm. Marcell. et Virgil. Æneid. L. 2.
Velleraq; ut foliis depectant tenuia Seres.

p. 33. Sesamum et Sesama frugis genus, A Plinio Lib. 18. cap. 20 frumenti, a Columella leguminum generibus annumeratum. Semen habet, uti papaver, vasculis inclusum.

p. 86. Siculi, incolæ sunt Siciliæ, Cicer. de divinat. Quum quæstor in Sicilia fuissem, judices ita ex ea Provincia decessissem, ut Siculis omnibus diuturnam jucundaraq; memori:

Lit. S.

moriam relinquerem. Et Horat. in art. Poët.
Invidia Siculi non invenere Tyranni
Majus tormentum.

Sigidonum et Segedunum esse No. Noribergam, Metropolin Norici Nürnberg, testatur Pirckheim. in descript. Germ. p. 45. p. 15.

Silurus, σίλουρος, genus piscis, quem alias amiam vocamus, ein Eßel oder Schneid fisch, teste Chytraeo, Cominaeo. p. 33.

Sirmium urbs est Pannoniae inferioris auth. Plinio, Lib. 4. c. 21. p. 15

Sogdiana regio est inter fluminis Oxi dextram et Sogdios montes sita, olim Persici Imperij fuit, nunc Tartariae pars est. Strabo lib. 2. Cluver. Lib. 5. cap. 2. Bertius in Geograph. p. 696. p. 36.

Stadium urbs Cheroneso Cimbricae ad latus Albis fluvij haud procul Hamburgo. Hanc Sifridus, Henrici NN. Comitis Hertzeveldensis filius communivit, arcemque in illa exstruxit, ut praesidium esset adversus Danorum et Normannorum incursiones, qui vetus sibi dominium in omnem Saxoniam vendicare contenderant, vulgo Stade. Saxon. Kranz. Lib. 6. cap. 5. et Lib. 7. c. 27. Idem in Metropoli Lib. 6. c. 11. p. 25.

Sege-

Lit. S.

p. 12. 128. Stegenus, fluvius est Lubecam praeterfluens, uti apparet hoc ipsum ex Annal. Marescalci Lib. 7. c. 10.

p. 71. Stela, σήλη, pila lapidea. Stelae cippi dici possunt et saxeae crucces, aliaque monumenta, quae ad vias collocari solent. Steinerne Creutze, und andere Seul Werke im Felde. Cippi autem pilae sunt lapideae, quibus foedera et proscriptorum nomina insculpebantur, quo omnibus facilius innotescerent. Isocrates in Paneg. Demosthenes. Budaeus, Plinius.

p. 12. Stepenus et Stepenitius fluvius supra Meienburgum exoriens, coenobium Marchiae, dictum a flumine Stepenitz, alluit, post per oppidum Podlitz, Baronum Podlassorum sedem, et Perlebergam, Prignitziae metropolin manans, supra Wittebergam in Albim sese effundit. Saxon. Chytraei Lib. 1. p. m. 40.

p. 49. 57. Subitarius exercitus, id est, repentinus. Sic est apud Livium, Milites subitarij, pro auxilio repentino et subito misso accipitur.

p. 35. Sucistix. fluvius est Macedoniae, in quo venenum gignitur pestiferum. Curt. Lib. X. in fin. appellat eum Stygem.

p. 16. 30. 52. Suevi, quinam sint ardua adhuc inter Historicos et Geographistas est contentio. Nonnulli Suevos Anglos, quorum nomen in Cimbrica Cherso.

Lib. 5.

Chersoneso ne nunc quidem ignotum esse videtur vel Land zu Anglen, a Cimbris auxilii ferendi contra Danos caussa eo accersitos inq regione ea commorantes appellatos esse arbitrantur. Sunt alij, qui Suevos Reudingos, quos Rhenanus Vindingos dicit, et in Rhætiam collocat, esse putant. Alij Suevos Longobardos fuisse arbitrantur. Pomeranos alij sic dictos existimant. Alij Varinos, quos antiquitus in hoc nostro Ducatu Megapolitano, ad Varnam fluvium, haud procul Rostochio habitasse et Suerinensis oppiduli etymologiam innuere, scriptores prodidere, esse autumant. Reperiuntur alij, qui Suevos Hermunduris, Tala jam accolis, annumerant. Quidam etiam magnam partem Marchiæ et Pomeraniæ Suevos tenuisse opinantur. Variæ de his authorum opiniones videri possunt apud Ptolomæum, Plutarchum, Strabonem Lib. 4. Maginum in not. ad Ptolom. Tacitum de mor. German. Mich. Beutherum in not. ad eund. Tac. Joh. Mich. Beutherum in animadv. Historic. C. 11. Chronic. Carion. L. 3. p. 229. 4nn. Petr. Divæum de antiquit. Gall. Belg. Herm. Nuenar de Gallia Belg. Cluverium L. 3. c. 10. Chytræum in Sax. Lib. 1. p. 37. aliosq pene innumeros.

Suevum fluvium esse Marcomannorum, qui alias dicitur Sprevus et Sprea, p. nn. 30.

Dic

Lit. S.

die Syrnihe, communis Geographorum est sententia, contra quam Mich. Beuther in Comment. ad Tacit. et filius ejus Johannes Michael in Animadv. Histor. C. 2. itemque Niger insurgunt, et falso Oderam, die Oder, esse affirmant.

p. 100. Symmatheta, συμμαθητης, Condiscipulus

p. 24. Symposium, συμπόσιον, computatio, convivium, concoenatio, Teutonis eine Zeche. Symposiastes, ein Zecher, Säufer, Zechgesell, Zechbruder.

T.

p. 113. Tanagramunda, et Tangermunda urbs et arx Marcomannorum ad Albim fluvium, a Carolo IV. Imperatore Romano extructa. Incolae Tangermunde. Saxon. Chytr. Lib. 11. Kranz. in Metrop. Lib. 10. c. 6.

p. 108. Templinum oppidulum Marchiae, vulgo Templien.

p. 15. 68. Tentheri, quos Ptolomaeus Tincheos; Tacitus Tencteros, appianus Alexandrinus Tancteros, Plutarchus Tenchteridas, seu ut aliis placet, Tenterichas et Tenetheros appellant, Populi fuerunt Usipetibus et Cattis proximi, qui regionem ulteriorem transLanum tenuere. Hodie tractus ille dicitur Sylva Hespena, der Westerwald. Tacit. de Morib. German. Mich. Beuther in not. ad eund. itemq ejus filius Johannes Michael in Animadvers. Historic. cap. 10.

Tessa-

Lit. T.

Tessaracoston, τεσσαρακοστὸν, tempus quadraginta dierum ante et totidem post partum, quibus mulieres a sacris arcebantur, propterea, quod id fere temporis tam ipsæ, quam earum foetus plurimis infestentur incommodis. Quo dierum numero exacto festum celebrabant, quod ipsum Tesseracoston vocabant. p. 124.

Theipali sunt Thuringi, die Thüringer, apparet hoc ipsum e Coment. Maresc. sub voce Thuringi. p. 9. 16.

Themiscyra et Themiscyron, urbs Cappadociæ insignis et maritima, ut autor est Ptolomæus, Maginus Mela, Plinius. p. 93. 95. 96.

Theon, Poëta fuit rabiosæ loquacitatis, petulantissimæq; maledicentiæ. Unde theonino dente eum rodi dicimus, qui convitiis lacessitur. Erasm. in adagiis. p. 2.

Thermodoon fluvius Cappadociæ, teste Plinio, Arabone, Ptolomæo. p. 93. 94.

Thessalonica, urbs Macedoniæ famosa, et metropolis ad sinum Thermaicum, qui nunc Golfo di Thessalonichi vocatur, sita, olim dicta fuit Thermæ, a qua sinui nomen est impositum. Incolæ ejus sunt Thessalonicenses, ad quos D. Paulus suas scripsit Epistolas. Maginus in descr. Maced. p. 170. p.

Lit. T.

Tolosa, Metropolis Galliæ Narbonensis in Languedocia, urbs totius Galliæ antiquissima, post Lutetiam Parisiorum præcipua, Parlamento, Archiepiscopatu, Academia celebris, nostris Tolosam. Ptolom. Beitig in Geogr. p. m. 221.

p. Toxicum est venenum, quasi taxicum. nam taxos arbor est veneni præstantissimi, adeo, ut si jumenta ejus folia comederint, emoriantur. Plin. L. 16. c. 10.

p. 62. Travena, Travus fluvius est Lubecam alluens, post ad Travamundam, ubi portus est Travemünde, in Oceanum sese exonerat, a Chytræo in Saxon. Lib. 1. p. 40 dicitur Dravus, a Kranzio in Sax. Lib. 6. c. 3. et 53. Trauena vin Trave.

p. 28. Trebias, fluvius, Deminum et Tributum Cæsaris, Trebsnes præterlabitur atque Pomeraniam a Megapolensi Ducatu dirimit. Chytr. Saxon. Lib. 1. p. 40 vocat eam Trebelam, Incolæ die Trebell.

p. 47. 50. Treva teste Ptolomæo est Hamburgium, Hamburg, Varia urbis hujus nomina antiqua peti possunt, ex Marescalci Commentt. e vocabulo Ammopolis.

p. 45. Treviri populi in confinibus Germaniæ, die im Bißthumb Cölln und Trier, horum metropolis est Augusta Trevirorum, Trier, Magin. in Ptolom.

Triden:

Lit. T.

Tridentum Civitas Comitatus Tirolensis ad Athesin fluvium, in Alpium angustiis sita. Erinnv. Bertius et Cluver. in Introd. in Geogr. L. 3. c. 11. p. 15.

Tubantum varia semper sedes fuit, ad superiorem autem Amisiae partem ultimo illos consedisse, refert Cluverus in Introd. ad Geogr. Univ. Lib. 3. cap. 3. Cujus assertio probari potest e descriptione Germaniae Abrah. Ortelij. p. 19

Tungri, ubi antiquas habuerint sedes, etsi nusquam relatum reperiam, Bertius tamen, in Geographia statuit, quod tribus saltem milliaribus absint a Trajecto Mosae, Mastricht, totidemque a Leodio, Löwen. Civitas eorum Eburgeru appellatur, nomenque habet a Tungris Germaniae populis, qui relicta sede patria, primum Rhenum trajecerunt, et has sibi delegerunt habitationes. Haec Bertius. Cum quo plane consentiunt Hubertus Thomas in Commentario speciali de Tungris et Eburonibus. Phil. Melanchthon in not. ad Tacit. de morib. German. Chron. Carion. L. 3. p. 230. Tungros et Tencteros eosdem esse affirmat. Hisce B. L. si lubet, adjungere poteris Cap. 3. quod est de Tungris, Petri Divaei de antiquitate Galliae Belgicae. p. 19

Tyran.

Lit. T.

p. 56. Tyrannoctonus, τυραννοκτόνος, Tyrannicida, percussor Tyranni. Hinc Tyrannoctonia, Tyrannicidium seu coedes Tyranni. Tyrannicidium autem est tyrannum occidere, autore Quinctiliano Lib. 7. cap. 4. Cicerone ad Atticum. Lib. 14. Ep. 17. et Lib. 16. Ep. 14.

p. 19. Tyras, fluvius Sarmatiae, vulgo die Nester, juxta castrum nigrum in mare exiens. Pirckheim. in descript. Germ. p. 44.

V.

p. 30. Varini, populi in Ducatu Megapolensi circa flumen et oppidum Wahren. Cluver in Introd. ad Geogr. Univ. L. 3. c. 2. Olim referente Marescalco, dicti fuerunt Lingones.

p. 16. Varistae et Varisti, qui et Narisci, sunt Varisci, populi sunt Franconiae montanae et superioris Bavariae, teutonis die Voigtländer, und die in der Ober Pfaltz, ut autor est Ortelius in Tab. Geograph. German. Chronic. Carion. L. 4. p. 480. Mich. Beuther in Tacit. et Joh. Mich. in animad. Historic. cap. 6. p. 90. Cluver L. 3. c. 3 Pirckheim. descript. Germ. p. 26. Regio quam incolunt, dicitur Variscia sive Voigtlandia, complectens Aegram, Neuenmarck, Ambergam, et Coburgum, civitates. Phil. Melancht. in Tacit.

p. 12. 38. Varna fluvius, in pago Cardoarea, Hertz-

Hertzberg, ebulliens, primum Cribitii et Montis Stellarum agros pertransit, deinde Bucephaleam, et Sivam, cursu admodum arvuato salutat, postea Rostochium praeterlabitur, et tandem prope oppidulum Wararundam, Warnemünde, quod a fluminis ostio nomen habet, et ubi portus est Rostochiensium opportunus, in mari Balthico hospitatur. die Warnow. Lindeberg. in Chron. Rostoch. Lib. 5. c. 1.

Varpi, populus est Suevum amnem accolens, in confinio Megapolios Marchitis proximus, apparet hoc ipsum e tabula German. Abrah. Ortelij. Bilibald. Pirckheim. in descript. German. p. 22. Berlinum et Brandeburgum Anarporum et Varporum civitates esse asserit. p. 11.

Venedi, haud dubie sunt Livonienses. die Liefländer, teste Melanchthone in Tacit. Unde Sinus Venedicus dicitur Mare Livoniense, vel ut Beuth. in Tacit. Sinus Curiensis das Curische Haff. Chron. Car. Lib. 4. pag. 482. Sinum Venedicum esse inter Russiam, Moscoviam et Finnoniam testatur. p. 29.

Veneti, Italiae sunt populi, Trajana stirpe orti, Civitas eorum tota cingitur pelago, Bertius in Geograph. Olim Pomerani quoq dicti p. 5. 8. 13. 25. 29. s.

cti sunt Veneti et Venedes, autore Phil. Melanchthone in Tacit. Quorum metropolis Vineta, urbs maritimarum amplissima, et opulentissima, ~~quorum~~ emporium quondam celeberrimum, quod alij, in quorum numero sunt Crantzius in Vandal. L. 2. c. 20. et 22. et Valent. ab Eichsted. in Epit. Annal. Pomeran. ab Haraldo, Sueconum et Hemmingo, vel ut alij vocant, Conrado, Danorum Regibus oppugnatum, et solo aequatum, alij vero Oceani inundatione eversum et submersum affirmant. Lindeb. Chron. Rostoch. Lib. 1. c. 7.

p. 126. Verpus, est apella, sabbatharius, ludeus, nun Jüdr, Martial. Juvenal. Lindeb. Chron. Rostoch. Lib. 3. c. 14.

p. 30. 37. Vindus, Vidus, Viadrus et Viadus fluvius navigabilis, irrigans Silesiorum et Pomeranorum agros, tandem prope Stetinum ad Caminum in mare Balthicum prorumpit, vulgari sermone dicitur Odera, die Oder. Ptolomeus, Ortelius, Maginus, Bertius, Pirckheimerus, Cluverus, aliique Geographistae quamplurimi.

p. 42. Visgothos eosdem esse autumo, cum Vesogothis et Vesis, de quibus consule Commentar. Marescalci.

p. 40. Ubij hodie dicuntur Agrippinates sive Colonienses, die in der

Lit. Ü.

der Collner Bergnud, ad dextram Rheni ripam in Germania tempore Claudij Cæsaris habitantes, eaque post relicta in citeriorem Rheni ripam commigrarunt, ductore Agrippa, prout Strabo prodidit: ibique etiam sedes, quas vel nunc tenent, pro commoditate sua fixere, quem admodum notat. Beat. Rhenanus L. 1. rer. German. Hinc Colonia Agrippina cognominata est Cöln. Beuth. in Tacit. p. 161. Hubert. Thomas in Comment. de Tungris et Ebüronib. p. 102. Chron. Canon. Lib. 3. et 4.

Ücterani, populus Marcomannorum, teste authore nostro p. 108.

Ulixbona, civitas Hispaniæ ab Ulysse condita. p. 64.

Umelnügios, qui et Ulmerugi, et Ulmigeri appellantur, Rugios esse Insulares, die auff dem Holm, oder Holm Rügen, non levis est conjectura. Beuth. in Tacit. de morib. Germ. p. 206. p. 28.

Ungula ea est pars pedis animalium, quæ cornu tegitur, der Huff, die Klauen. Cicero, Plin. Columella, Virgilius Lib. 3. Georg. p. 35.

--- et solito gravites sonat ungula Cornu.

Usipetes et Usipij populi Cattis p. 15. 68.

proximi, ea tenuere loca, quæ ad confluentem Rheni et Moeni pertinent, vulgo die Wetterow und das Ringau. apud Ptolom. dicuntur Vispei. et Vispiæ, ap. Tacitum Usipei, Appian. Alexandrinum Sipetes, Plutarchum Usipæ, sicuti annotatum reliquit Joh. Mich. Beuther in animadv. Histor c. 10. et Pater Mich. Beuther in Tacit p. 173. Chron. Canon. L. 3. p. 230 Usipios Francos esse affirmat. das Franckenland.

X.

p. 25. Xenedochium. ξενοδόχειον. locus est publicus, quo hospites et peregrini recipiuntur. ein Gasthauß.

p. 33. Xiphia. piscis est marinus, rostrum habens mucronatum, quo naves perfodere potest. ein Schwerd- oder Horn-fisch. Plin. L. 32. c. 2.

p. 70. Xystus. ξυστὸς, porticus est tecta, ubi athletæ per hyemem sese exercent. Xysta autem sunt subdiales ambulationes, ubi coelo sudo. athletæ suas exercebant palestras. Hinc dicti sunt Xystici sive qui in Xystis sub tecto sese exercerent, sive quod Xystis, hoc est, hastis depugnarent. Guilielmus Philandes in Vitruvium.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896444075/phys_0109

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896444075/phys_0110

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896444075/phys_0111



Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896444075/phys_0112

MARESCALCI,
Opera
varia.

Mss. Meckl.
B 109.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1896444075/phys_0113



Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1896444075/phys_0114



Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1896444075/phys_0115


Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1896444075/phys_0116

LIA. L.

amplissimum, perpetu[illegible] ...llis jam pene devastatum. Se[illegible] ...r. l. 1. p. 10. Bert. in Geog[illegible] urbs hæc fuit in [illegible] ab ea hodie appell[illegible] ...lini. [illegible]

L

p. 125. Lamina, br[illegible] ...ssior, ex qua armatura [illegible] ...a quâ incisa olim hom[illegible] ...inorosi torque bantur [illegible] ...b. IV. cap. 57.

p. 58. 64. Larari[illegible] ...um domesticum, in q[illegible] ...ii domestici cole: ba[illegible] ...ampridius de Severo [illegible] ...solitus fuerit rem di: [illegible] ...re, in larario ad effigi: [illegible] ...n, inter quos imaginem [illegible] Abrahami, Christi, Ciceronis, [illegible] et aliorum.

p. [illegible] ...gum, Civitas in ripa Albis, [illegible] paret Ducibus Inferioris Sa: [illegible] ...oniæ, s. Lauenburgensibus, Tell: tonis, Lauenburgæ, Chyt. Saxon. L. 2. p. 62.

Liburnia, quænam dicta fuerit e Historicorum et Geographorum li: bris certi nil constat. Plerique ta: men supra intimum Adriatici maris recessum, inter Dalmati: am et Sclavoniam eam sitam esse statuunt. Lafius, teste Ber: tio in Geogr. p. 477. illam Craba: cem, alii Croatiam, unde milites his regionibus haud ignoti quos commu: